





Wade hummer  
dad ~~ge~~ 100

RE

8303

9<sup>th</sup>

5

PSALTERIVM  
B. VIRGINIS  
MARIAE, AS. BONA-  
VENTURA compositum.

DEVOTI0N1, VSP1QVE  
Venerabilis Abbatissæ, & Religio-  
sarum Obseruantissimi Comitē-  
tus Sancti Saluatoris Ebo-  
rensis dicatum.

CVM OFFICIO SAN-  
ctissimi Ioseph. B. Virginis Sponsi.

Ex p̄fis Emanuelis Ribeiro Bibliopel.

VLISSIPONE.

---

EX Officiale Craesbeckiana

MINISTERIA

B. VIRGINIA  
- MARYLAND

~~WORLDS END~~  
~~carpenter~~

DEED

RECORDED IN THE

REGISTRY OF DEEDS

S. S. Bento

CAM OFFICIO  
REGISTRY OF DEEDS

EXCELSIOR, CALIFORNIA

APRIL 12, 1913

LESTER O. H.

# R E P O S T A

## *Dedicatoria.*

Põeço faço em obede-  
cer a vossa mercede em  
honra, & proueito meu  
quando desejo servir esse  
Santo Conuento em cou-  
sas, que arrisque tudo isto.

O Salteiro da V. Senho-  
ra nossa mandarei impri-  
mir, o que faço com muito  
gosto, pois sendo seruiço  
que faço à mesma Senhora  
(aquele)

(a quem muito desejo ser-  
uir) dou gosto à vossa mer-  
ce, & as Religiosas desse S.  
Conuento, de quem tēpho  
recebido favores, & mer-  
ces & assim como Ribeiro  
humilde ofereço ao Mar de  
Santidade à Virgē Senho-  
ra nossa, & a Madre Aba-  
dessa, & mais Religiosas o  
fruto deste meu trabalho.

Manoel Ribeiro.

**H**A muitos dias que eu,<sup>o</sup>  
todo este Conuento deseja-  
mos de se imprimir neste reino  
hum Salceiro da Virgem Senho-  
ra noſſa feito pello glorioſo Sam-  
Boa Ventura por fer deuorifíci-  
mo. Tuemos noticia por hum  
que ha muitos annos nos vejo a  
maõ mādando fazer diligencia à  
Lisboa ſe ſe achauão pello muito  
que as Religiosas deſta Caza de-  
ſejauão de os ter, naõ ſe puderam  
descubrir pellos naõ auer, e aſſim  
entendi que ſo por voſſa merce

Sem

Senhor Manoel Ribeiro como  
deuotissimo desta Senhora Rainha dos Anjos poderia alcançar  
este thesouro, pello que peço a vossa  
merce com todo encarecimen-  
to posse! nos façamerce de que-  
rer mādar imprimir o dito Sal-  
teiro, e confio na Senhora,  
que pagara com larga mão este  
serviço com the dar muitos bens  
do Céo e da Terra, dando mui-  
ta saude a vossa merce, deste

Con-

*Conuento do Saluador da Cidade  
de Euora hoie 28. de Abril de  
1651.*

**Soror Maria da Madre  
de Deos Abadessa.**

# L I C E N C A S

Vistas as informaçōes pode se imprimir o  
Psalteiro que se oferece & depois de im-  
presso ornara ao Conselho para se conferir com  
o original, & se dar licença por se conferir  
E sem ella não correrá, mas a Ladainha p. 143-  
não se imprimira Lisboa, 23 de Agosto do 1650.

Fr. João de Vasconcellos.

Francisco Cardoso de Torneo.

Diogo de Sousa. Pedro da Silva de Faria.

Pantaleão Rodrigues Pacheco.

Pode se imprimir, na forma da licença do S.  
Ofício, Lisboa 3. de Agosto 1650.

O Bispo de Targa.

Ve se possa imprimir vistas as licenças do  
S. Ofício & ordinario, & despois de im-  
presso virá a mesa para se conferir & taxar &  
sem isso não correrá. Lisboa 3. de Agosto.  
1650.

D. P. P. Pinheiro.

Está conforme cō o original, S. Domingos d'Lis-  
boa 22. d'Agosto d'651. F. Fernādo d'Menezes.

Pode correr este livro, Lisboa 29. d'Agosto 651.

Fr. João d'Vasconcellos. Pedro da Silva d'Faria.

Francisco Cardoso de Torneo.

Pantaleão Rodrigues Pacheco.

Taxão este livro em tres vintei em papel, Lis-  
boa 23. de Agosto de 1651.

D. P. P. Pinheiro. Pacheco. Andrade. Almeida.

PSALTERIVM  
BEATÆ MARIAE  
VIRGINIS.

A S. BONAVENTURA  
compositum.

*Psalmus I.*

 Eatus vir, qui dili-  
git nomen tuum  
Maria Virgo: gra-  
tia tua animam ejus con-  
fortabit.

Tanquam aquarū fonti-

A

bus

bus irrigatum uber : in eo  
fructū justitiae propagabis.

Benedicta tu inter mulie-  
res : per credulitatem cor-  
dis sancti tui.

Universas enim feminas  
vincis pulchritudine carnis:  
superas Angelos, & Archā-  
gelos excellētia sanctitatis.

Misericordia tua, & gra-  
tia ubiq̄; prædicatur : Deus  
operibus manuum tuarum  
benedixit. Gloria Patri, &c.

*Psalmus 2.*

**Q**uare fremuerunt ini-  
mici nostri: & adversū  
nos meditati sunt inania?

Protegat nos dextera tua  
mater Dei: ut acies terribi-  
lis cōfundēs, & destruēs eos.

Venite ad eam, qui labo-  
ratis, & tribulati estis: & da-  
bit refrigerium animabus  
vestris.

Accedite ad eam in tem-  
tationibus vestris: & stabili-  
et vos forenigas vultus ejus.

Benedicite illam in toto  
corde vestro : misericordia  
enim illius plena est terra.  
Gloria Patri, & Filio, &c.

*Psalmus 3.*

**D**omina, quid multipli-  
cati sunt, qui tribulant  
me ? in tēpestate tua perse-  
queris, & dissipabis eos.

Dissolve colligationes im-  
pietatis nostræ : tolle fas-  
ciculos peccatorum nostro-  
rum.

Miserere mei Domina, &

B.MARIÆ VIRG.

5

fana infirmitatem meam:  
tolle dolorem, & angustiam  
cordis mei.

Ne tradas me manibus  
inimicorum meorum: & in  
die mortis meæ conforta a-  
nimam meam.

Deduc me ad portū sa-  
lutis: & spiritum meum red-  
de factori, & creatori meo.  
Gloria Patri, & Filio, &c.

*Psalmus 4.*

C Vm invecarem exau-  
disti me Domina: & è

**PSALTERIVM**

sublimi solio tuo, mei digna-  
ta es recordari.

A rugientibus præpara-  
tis ad escam: & de manibus  
quærentium me liberabit  
gratia tua.

Quoniam benigna est mi-  
sericordia, & pietas tua: in  
omnes, qui invocant nomem  
sanctum tuum.

Benedicta sis Domina in  
æternum: & maiestas tua in  
sæculum.

Glorificate eam omnes  
gen-

gentes, in virtute vestra : &  
cuncti populi terræ extolli-  
te magnificentiam ejus.

Gloria Patri, &c.

*Psalmus 5.*

**V**Erba mea auribus per-  
cipe Domina: & ne a-  
vertas à me speciositatem  
vultus tui.

Converte luctum nostrū  
in gaudium: & tribulationē  
nostram in jubilationem.

Corruant ante pedes no-  
stros inimici nostri : virtute

**S** PSALTERIVM  
tua eorum capita conte-  
rantur.

Benedicat te omnis lin-  
gua: & nomen sanctū tuum  
confiteatur omnis caro.

Spiritus enim tuus super  
mel dulcis: & hæreditas su-  
per mel, & favum.

Gloria Patri, &c.

*Psalmus 6.*

**D** Omnia, ne in furore  
Dei sinas corripi me:  
neque in ita ejus judicari.

Propter honorem nomi

nis

B.MARIÆ VIRG.

nis tui Domina: propitietur  
nobis fructus gloriosi ven-  
tris tui.

De porta inferi, & de vē-  
tre abyssi: tuis sanctis preci-  
bus libera ncs.

Aperiantur nobis januæ  
sempiternæ. ut enarreremus in  
æternum mirabilia tua.

Quia non mortui, neque  
in inferno sunt, laudabunt  
te Domina: sed qui tua gra-  
tia vitam æternam obtine-  
bunt. Gloria Patri, &c.

Psalms.

## Psalms 7.

**D**omina mea in te spe-  
ravi : de inimicis meis  
libera me Domina.

Conclude ora leonis , &  
dentes ejus : & labia perse-  
quentium constringe.

No moreris propter no-  
men tuum : facere nobis mi-  
sericordiam tuam.

Splendor vultus tui ful-  
geat super nos : ut servetur  
conscientia nostra apud Al-  
tissimum.

Si persequatur inimicus  
animā meam , Domina ad-  
jutorio tuo conforter: ne vi-  
bret gladium suum contra  
me. Gloria Patri,&c.

*Psalmus 8.*

**D**omina, Dominus nos-  
ter factus est frater no-  
ster : & Salvator noster.

Ut ignis in rubo , & ros in  
vellere: descendit in te æter-  
num Verbum Dei.

Spiritu sancto fœcun-  
dante: obumbravit tibi vir-

tus

tus Altissimi.

Benedictus sit mundissimus  
cōceptus tuus: benedic  
tus sit partus tuus Virgineus

Benedicta sit munditia  
carnis tuæ. benedicta sit dul  
cedo misericodię cordis tui.

Gloria Patri, &c.

*Psalmus 9.*

**C**onfitebor tibi Domi  
na in toto corde meo:  
& narrabo in populis laudē  
& gloriam tuam.

Tibi enim debetur glo  
ria,

ria , & gratiarum actio , &  
vox laudis.

Inveniēt gratiam pecca-  
tores apud Deum : per te in-  
ventricem gratiæ , & salutis .

Respirent ad indulgen-  
tiam humiles penitentes : sa-  
na cōtritiones cordis eorū .

In pulchritudine pacis ,  
& requie opulenta : cibabis  
nos post labore peregrina-  
tionis nostrę . Gloria , Patri ,  
& Filio , & Spiritui sancto ,  
sicut erat , &c .

IN Domina confido: propter dulcedinem misericordiae nominis sui.

Oculi ejus in pauperem respiciunt: & manus ejus ad pupillum, & viduam sunt extentæ.

Exquirite illam à juventute vestra: & glorificabit vos ante faciem populorum.

Misericordia illius nostrorum auferat multitudinem peccatorum: & saeculum dura-

ditatem nobis cōferat me-  
ritorum.

Extende ad nos brachiū  
tuum, Virgo gloria: & ne  
avertas à nobis gloriosum  
vultum tuum. Gloria, &c.

*Psalmus 11.*

S Alvū me fac mater pul-  
chræ dilectionis : fons  
clemētiæ, & dulcor pietatis.

Gyrū terræ sola circuis:  
ut subvenias invocātibus te.

Pulchræ sunt viæ tuæ: &  
femīta tua pacificæ.

In te

In te refulget species castitatis: lumen justitiae, & splendor veritatis.

Amita solari lumine sicut vestimento: duodecim stellarū corona rutilans radianti. Gloria Patri, &c.

*Psalmus 12.*

**V**SQUEQUO Domina oblivisceris me? & non liberas me in die tribulationis?

Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me? po-

ten-

tencia virtutis tuæ contere ipsum.

Aperi oculos misericordiæ tuæ : ne inimicus noster adversus nos prævaleat.

Magnificamus te gratiæ invētricem: per quam sæcula reparantur.

Exaltata super choros Angelorū: ante thronū Dei ora pro nobis. Gloria, &c.

*Psalmus 13.*

**D**Ixit insipiens adversarius noster in corde

fuo: persequar, & comprehē  
dam, & interficiet eum ma-  
nus mea:

Exurge Domina, & præ-  
veni eum, & supplanta eum:  
destrue omnes conatus illius

Tuam pulchritudinem  
Sol, & Luna mirantur : tibi  
Angelicæ potestates serviūt  
& famulantur.

Tuo tacto lenissimo sa-  
nantur infirmi : tuo odore  
rōseο mortui reviviscunt.

Virgo Dei genetrix, quē

totus non capit orbis: in tua  
se clausit viscera factus ho-  
mo. Gloria Patri, &c.

## Psalms 14.

**D**omina quis habitabit  
in tabernaculo Dei: a-  
ut quis requiescet cum se-  
natoribus populis?

Pauperes spiritu, & mun-  
di corde: mites, pacifici, atq;  
lugentes.

Recordare Domina, ut  
loquaris pro nobis bona: &  
indignatus Filij tui aver-

tas à nobis.

Amplectamur Mariæ vestigia peccatores: & ejus beatis pedibus provoluamur.

Teneamus eā fortiter,  
nec dimittamus: donec ab  
ea meruerimus benedici.  
Gloria Patri, & Filio, &c.

*Psalmus 15.*

Conserva me Domina,  
quoniam speravi in te:  
mihi que tuæ stillicidia gratiæ impartire.

Alvus tuus virginalis, &

viscera tua: Filium Dei Altissimi  
genuerunt.

Benedictasint ubera tua:  
quibus lacte Deifico Salvato-  
rem enutristi.

Confitemini laudes Vir-  
gini gloriosæ: quicumque a-  
pud eam gratiam & miseri-  
cordiam invenistis.

Date magnificētiam no-  
mini ejus: & collaudate in  
sæculum conceptum atque  
partum ejus.

Gloria Patri, &c.

## Psalms 16.

**E**xaudi Domina justitiā  
meām & amorem: a-  
move à me tribulationem  
meam.

Confitebor tibi in voce  
exultationis: cum magnifi-  
caveris super me misericor-  
diam tuam.

Imitamini eam sanctę  
Virgines Dei: ut imitatæ sūt  
Agnes, Barbara, Dorothea,  
& Catharina.

Honorificate eam in vo-

ce labiorum : per hoc ejus  
gratiā Agatha, Lucia, Mar-  
garita, & Cæcilia, suscepere sūt

Sponsum dabit vobis Pa-  
tris Filium ; & de Paradisi li-  
lijs coronam incomparabi-  
liter radiantē. Gloria, &c.

*Psalmus 17.*

**D**illigam te Domina cœ-  
li & terræ : & in genti-  
bus nomē tuum invocabo.

Confitemini illi tribulati  
corde : & roborabit vos con-  
tra inimicos vestros.

Stilla nobis Domina gratiam uberum tuorum : ex manatela<sup>c</sup>te dulcedinis tuae refice viscera pueroru<sup>m</sup> tuoru<sup>m</sup>

Religiosi omnes honorate illam ; quia ipsa est adjutrix, & vestra specialis advocata.

Esto refrigeriu<sup>m</sup> nostrum gloriosa mater Christi : quia tu es totius religionis mirabile firmamentum.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c.

## Psalms 18.

C Oeli enerrant gloriam  
tuam: & unguentorū  
tuorum fragrantia in genti-  
bus est dispersa.

Respirate ad illam perdi-  
ti peccatores: & perducet  
vos ad indulgentiæ portū.

In hymnis & Psalmis &  
cāticis pulsate uiscera ejus:  
& stillabit vobis gratiam  
dulcedinis suæ.

Glorificate eam justi an-  
te thronum Dei: quia fruc-

tu ventris ejus estis justitia  
operati.

Laudate eam cœli cœ-  
lorum: & nomen ejus glo-  
rificet omnis terra.

Gloria Patri, &c.

*Psalms 19.*

**E**xaudi nos Domina in  
die tribulationis: & pre-  
cibus nostris converte cle-  
mentem faciem tuam.

Ne projicias nos in tē-  
pore mortis nostræ: sed suc-  
curre animæ cum deserve-

rit corpus suum.

Mitte Angelū in occursum ejus: per quem ab hostibus defendatur.

Ostende ei serenissimū  
Iudicem sæculorum: qui ob  
toi gratiā veniā ei largiatur.

Sentiat in pœnis refrige-  
rium tuum: & concede ei  
locum inter electos Dei.

Gloria Patri, &c.

*Psalmus 20.*

Dominus in virtute tua  
habebit cor nostrum:

&

& in dulcedine nominis tui  
consolabitur anima nostra.

De sedibus mittet nobis  
sapientiam: per quam in omni  
veritate dulciter illustremur.

A carnalibus desiderijs  
concede gratiam abstinen-  
di: ut lumen gratiae in nos-  
tris cordibus oriatur.

Quam dulcia diligentibus  
te eloquia tua Dominat:  
quam suavia sunt tuarum  
stillicidia gratiarum.

Gloriam, & honorem

psal-

psallam tibi : & in nomine  
tuo gloriabor in sæculum.

Gloria Patri, &c.

*Psalmus 21.*

**D**eus Deus meus : respi-  
ciat in me meritis tuis  
Virgo semper Maria.

Domina mea clamavit  
ad te per diem , & noctem:  
& fecisti cum servo tuo mi-  
sericordiam tuam.

Quia ego speravi in mi-  
sericordia tua : sempiternū  
a me opprobriū abstulisti.

*Deris*

Deriserunt me inimici  
mei undique: tu autem su-  
umbra manus tuę cōtulisti  
mihi refrigeriū bonum.

Adorent te familię genit  
tium: & glorificant te omni  
nes ordines Angelorum.

Gloria Patri, &c.

*Psalmus 22.*

**D**ominus regit me, Virgo  
Dei genitrix: qui  
tu amabilem vultum ejus  
ad me convertisti.

Benedicti sunt oculi tu-

sple

splendidissimi: quos digne-  
ris misericorditer converte  
super nos peccatores.

Benedictum sit lumen, &  
splendor faciei tuae: benedi-  
cta sit gratia vultus tui.

Benedicta sit misericor-  
dia manuum tuarum: bene-  
dicta sit emanatio virginis  
lactis tui.

Benedicant te Apostoli  
stui, & Prophetæ Dei: Mar-  
tyres, Confessores, & Virgi-  
nes psallant sibi Gloria, &c.

## Psalms 23.

Domi*n*i est terra, & pl  
nitudo ejus: tu autem  
sanctissima mater cum ea  
regnas in æternum.

Gloriam, & decorem in  
duisti: omnis lapis pretiosus  
amicus, & operimentū tuū

Splendor solis super ca  
put tuum: luaris pulchritu  
do sub pedibus ejus.

Sidera micantia orna  
sedile tuum: astra te glorifi  
cant jugiter matutina.

Memento nostri Dña in  
beneplacito tuo: & fac nos  
dignos glorificandi nomen  
tuum. Gloria Patri, &c.

*Psalmus 24.*

**A**d te Domina levavi a-  
nimā meā: in iudicio  
Dei, tuis precibus non eru-  
bescam.

Neq; illudant mihi ad-  
versarij mei: etenim præsu-  
mentes de te roborantur.

Non prævaleāt adversū  
me laquei mortis: & castra

malignatium non impediāt  
greflus meos.

Collide impetū eorū in  
virtute tua: & cū māsuetudi  
ne occurre animæ meæ.

Ductrix mea esto ad pa-  
triam: & me cœtui Angelo-  
rum digneris aggregare.

Gloria Patri, &c.

*Psalmus 25.*

**T**u dica me Dña, quoniam  
ab innocētia meā digre-  
sus sum: sed quia speravi in  
te non infirmabor.

Vre cor meū igne amo-  
ris: & cingulo castitatis re-  
tringe renes meos.

Quoniam misericordia  
tua, & clemētia tua ante o-  
culos mēos: & delectatus sū  
in voce laudis tuæ.

Dña dilexi decorē faciei  
tuæ: & veneratus sum sancti-  
tam maiestatem tuam.

Cōfitemini nomini ejus,  
quoniam sanctum est enato-  
rentur in seculū mirabilia  
ejus. Gloria Patri, &c.

## Psalmus 26.

**D**ñna, illuminatio mea sit  
splendor faciei tuæ: &  
serenitas tuæ gratiæ reful-  
geat menti meæ.

Exaltata caput meum, &  
ego psallam: psalmū nomi-  
ni tuo decantabo.

Ne avertas faciem tuam  
à me: quia speciem, & deco-  
rem tuum à juventute mea  
concupivi.

Te amavi, & exquisivi  
Regina cœlorū: misericor-

diam

diam tuam, & gratiā tuā ne  
subtrahas à servo tuo.

Cōfitebor tibi in nationi  
bus: & thronū glorię tuę ho  
norificabo. Gloria Pat, &c.

*Psalmus 27.*

**A**D te Dña clamabo, &  
exaudies me: in voce  
laudis tuę lătificabis me.

Miserere mei in die an  
gustiæ meæ: & in luce veri  
tatis tuę libera me.

Benedicta sis ò Dña in fi  
nibus omnibus orbis terre.

**S**anctuariū quod firma-  
verūt manus tuæ: est sanctū  
templum corporis tui.

**C**onscientia tua munda,  
& immaculata est: locus pro-  
pitiationis, & habitaculum  
sanctū Dei. Gloria Pat, &c.

**P**salmus 28.

**A**fferte Dominiq nostræ  
filij Dei: afferte Dñx  
nostræ laudē, & reverētiā.

**D**a virtutem sanctis tuis  
mater sancta: & benedictio-  
nem laudantibus, atque glo-  
rifi-

rificantibus te.

Exaudi gemitus suspirātiū ad te: & ne spernas vota invocantiū nomen tuū.

Sit manus tua ad succurrēndum mihi parata: & auris tua intendens ad depreciationem meam.

Benedicant tibi cœli, & terra: mare, & orbis terrarū.

Gloria Patri, &c.

*Psalmus 29.*

**E**xaltabo te Dña, quoniam suscepisti me: ab ini-

quo adversario liberabism  
Convertere ad me, & vi-  
vifica me , de portis mortis  
reduc me: & de fluctibus tri-  
bulationum, quæ circunde-  
derunt me.

Propter imperiū, & mag-  
nificentiam dexterę tuæ: cō-  
tere , & dissipa omnes ad-  
versarios meos.

Et ego offerā tibi sacri-  
ficiū laudis: & gloriam tuā  
devotiū exaltabo.

Exultate cœli , & iucun-  
dare

dare terra : quia consolatur  
 Maria servos suos : & paupe-  
 rum suorum miserabitur.

Gloria Patri, &c.

*Psalmus 30.*

**I**N te Dña speravi , non .  
 confundar in æternum:  
 in gratia tua suscipe me.

Tu es fortitudo mea , &  
 refugium meum: consolatio  
 mea, & protectio mea.

Ad te Dña clamavi , dū  
 tribularetur cor meum : &  
 exaudisti me de vertice col-

lium æternorum.

Educas me de laqueo,  
quem absconderunt mihi  
quoniam tu es adjutrix mea.

In manus tuas Domina  
comendo spiritum meum: to-  
tam vitam meam, & diem  
ultimum meum. Gloria Pat, &c.

*Psalmus 31.*

B Eati, quorum corda te  
diligunt, Virgo Maria:  
i peccata ipsorum à te mise-  
ricorditer diluentur.

S ancta, casta, & fortige-

ra ubera tua: quæ florē viri-  
ditatis perpetuæ eruperunt.

Decor pulchritudinis tuę  
corruptionem nō videbit: &  
vultus tui gratia in perpe-  
tuum non marcescet.

Benedicta tu virga Iesse  
sublimis: quæ te usq; ad se-  
dētem in throno dilatasti.

O Virgo Regina, ipsa es  
via: per quam nos salus de  
supernis ledibus visitavit.  
Gloria Patri, & Filio, & Spi-  
ritui sancto, &.

**E**xultate justi in Virgine Maria: & in rectitudine cordis collaudate eā.

Accedite ad eam cū reverentia, & devotione: & dilectetur cor vestrum in salutatione ejus.

Impendite illi sacrificia laudis, & ineibriamini ab uberibus dulcoris illius.

Influit enim vobis radios suæ pietatis: & clarificabit vos fulgoribus misericor-

diæ suæ.

Suavissimus est fructus  
illius: in ore, & in corde sapi-  
entis dulcescit. Gloria Pa-  
tri, &c.

*Psalmus 33.*

**B**enedicā Dñam in omni  
tēpore: & non deficiet  
laus ejus in ore meo.

Magnificate eam mecū  
omnes: qui impinguati estis  
melle, & lacte recreationis  
ejus.

In periculis, in rebus du-  
bijs

bijs invocate eam: & in necessitatibus invenietis auxilium , & refrigerium dulce.

Sumite exemplum conversationis ejus: emulamini studia charitatis, & humilitatis illius.

Quia ergo Dña humili-  
ma fuisti: Verbum increatū  
ex te carnē suscipere coegi-  
sti. Gloria Patri, &c.

*Psalmus 34.*

I Vdica Domina nocen-  
tes me: & contra eos e-

xurge, & vindica causā meā.

Anima mea in te lætabitur: & tuis beneficijs devo-tus exultabo.

Gratia, & dulcedine tua pleni sunt cœli, & terra: un-dique tuis beneficijs irretisti nos semper.

Quocumq; enim pergi-mus: occurrit nobis diffusio tui uteri Virginis.

Curramus ergo charissi-mi, & ita nobilem, & dulci-fluam Virginem salutemus:

ut in

ut in suæ dulcedinis gremio  
quiescamus. Gloria Patri.

*Psalmus 35.*

**D**Ixit in justus, ut peccet  
in abscondito, per te à  
malo proposito discedat  
mater Dei.

Inclina vultum Dei su-  
per nos : coge illum pecca-  
toribus misereri.

Domina in cœlo miseri-  
cordia tua: & gratia tua dif-  
fusa est super terram.

Potētia , & virtus in bra-

chiō

chio tuo: robur, & fortitudo  
in dextera tua.

Benedictum sit imperium  
tuum super cœlos: benedic-  
ta sit magnificientia tua su-  
per terram. Gloria, &c.

*Psalmus 36.*

**N**oli emulari in malig-  
nantibus Domina: fu-  
torem eorum dulcifica per  
gratiam tuam.

Sperate in illa religiosi, &  
claustrales: confidite in illa  
clericis, & seculares.

D

Dile

Delectamini in laudibus  
illius: & exaudiet petitiones  
cordis vestri.

Melius est modicum cū  
gratia illius: quam thesauri  
argentei, & lapides pretiosi.

Gloria semper sit tibi, ò  
Regina cœlorum: & in ullo  
tempore noli nos oblivisci.  
Gloria Patri, &c.

*Psalmus 37.*

**D**ominâ ne in furore  
suo arguat me Dominus:  
nobis veniam obtine de

pecca-

peccatis.

In conspectu tuo sit omne desiderium nostrum: spes nostra, & cōfidentia nostra.

Cor meum cōturbatum est in me: recessit lux de visceribus meis.

Illumina splendore tuo cæcitatem meam: dulcifica dulcore tuo contritionem meam.

Ne derelinquas nos Dña mater Dei: gratia tua. & virtus sit à dextris meis. Gloria

Patri, &c.

*Psalmus 38.*

**D**Ixi custodiā vias meas  
ò Domina: cùm per te  
gratia Christi mihi fuit data  
Dulcore tuo liquefactū  
est cor meū: amore tuo in-  
flāmata sunt viscera mea.

Exaudi orationem meā  
Domina, & deprecationem  
meā: & cōtabescant adver-  
sarij mei.

Miserere mei de coelis,  
& de altitudine throni tui:

& ne permittas me in valle  
miserie conturbari.

Custodi pedem meum  
ne ledatur: & in fine meo sit  
gratia tua. Gloria, &c.

*Psalmus 39.*

**E**xpectans expectavi  
gratiam tuam: & fecisti  
mihi secundū multitudinē  
misericordiae nominis twi.

Exaudisti preces meas:  
& eduxisti me de lacu misere-  
riæ, & de fovea inimici.

Multa, & mirabilia sunt

dona tua Domina: incom-  
parabilia sunt munera gra-  
tiarum tuarum.

Exultent, & lætentur su-  
per te omnes, qui diligunt  
te: qui oderunt monem tuu  
corrugant in infernum.

Benedicta sis in æternū  
Domina in sæcula, & in  
sæculum sæculi. Gloria, &c.

Psalmus 49.

**B**eatam Maria: intelligit  
super regnum, & pau-  
perem: in ejus laudibus per-

manentem.

Domina Angelorū, Re-  
gina mundi: mūda cor meū  
igne amoris , & charitatis  
tuæ.

Tu es mater illuminatio-  
nis cordis mei : tu es nutrix  
refovens mentem meam.

Te cupit os meū collau-  
dere: te affectat mens mea  
affectionissimè venerari.

Te desiderat anima mea  
exorare: quia tui-  
tioni tuæ se  
commendat tota substantia

mea. Gloria Patri, &c.

*Psalmus 41.*

**Q**uemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarū: ita ad amorem tuū anhelat anima mea.

Quia tu es genitrix vitæ meæ: & altrix Reparatoris carnis meæ.

Quia tu es lactatrix Salvatoris animæ meæ: initium & finis totius salutis meæ.

Exaudi me Domina, mūdētur cordes meæ: illumina

me

me Domina, ut illustrentur  
tenebrae meæ.

Accendatur amore tuo  
tepor meus: gratia tua ex-  
pellatur torpor meus. Glo-  
ria Patri, &c.

*Psalmus 42.*

I Vdica me Domina , &  
I discerne causam meā de  
gente perversa : à serpente  
maligno , & à dracone pe-  
stifero libera me.

Sancta fœcūditas tua dis-  
perdat eum: beata Virgini-

tas tua conterat caput ejus.

Sāctæ preces tuæ corroborarent nos contra eum: sā. Etia merita tua exinaniant virtutem ejus.

Persecutorē animæ meæ mitte in abyssum: puteus infernalis deglutiatur eū vivētē. Ego autē, & anima mea in terra captivitatis meæ benedic nōmen tuum: & glorificabo te in sæcula sæculorum. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c.

## Psalms 43

**D**omina auribus nostris  
audivimus: & patres  
nostrí annūciaverunt nobis.

Quia ineffabilia sunt me-  
rita tua: & valde stupenda  
mirabilia tua.

Dñi innumerabiles sunt  
virtutes tuæ, & inæstimabili-  
les misericordiæ tuæ;

Exulta anima mea, & læ-  
tare in illi: quia exulta bona  
sunt laudabilis preparata.

Benedicta sis Reginæ cœ-  
lorum

lorum, & Angelorum: & benedicantur a Deo laudato magnificentiæ tuæ. Gloria Patri, & Filio, &c.

*Psalmus 44.*

**E**Ructavit cor meū verbum bonum Domina: cum rore melifluo extitit dulcoratum.

Per tuā sanctitatem peccata mea purgentur: per tuā integritatē mihi incorruptibilitas condonetur.

Per tuam virginitatem

anima mea à Christo ad-  
matur: & sibi amoris vin-  
culo sociatur.

Per tuam fœcunditatem  
ego captivas sum redempto-  
tus: per tuum partum virgi-  
neum de morte perpetua  
sum ereptus.

Per tuam prolē dignissi-  
mam perditus sum restitu-  
tus: & de exilio miseriæ in  
patriā beatitudinis sum re-  
ductus. Gloria Patri, & Fi-  
lio, &c.

## Psalms 45.

**D**ómina refugium no-  
strum tu es in omni  
necessitate nostra: & virtus  
potentior cōterēs inimicū.

Beneficijs tuis plenus  
est mundus: superant cæles-  
tia, penetrant & inferna.

Plenitudine gratiæ tuæ,  
quæ in inferno erant: se læ-  
tattur liberata.

Obtētu fœuditatis tuæ  
virgineæ, quæ supra mundū  
sunt: se gaudent restaurata.

Pet

Per gloriosum tuæ Virginitatis sanctissimæ partum: homines Angelorum sunt socij, & concives. Gloria, &c.

*Psalmus 46.*

**O**MNES gentes plaudite manibus: psallite in jubilo Virginis gloriosæ.

Quoniam ipsa est porta vitæ, janua salutis: & via nostræ reconciliationis.

Spes penitentium, solamen lugentium: pax beata cordium atque salus.

Mise.

Miserere mei Domina,  
miserere mei: quia tu es lux  
& spes omnium confiden-  
tiū in te.

Per tuam salutarem fœ-  
cunditatem placeat: ut pec-  
catorum venia mihi conce-  
datur. Gloria Patri, &c.

Psalmus 47.

**M**agna es Domina, &  
laudabilis valde in ci-  
vitate Dei cœli: in universa  
Ecclesia electorum ejus.

Ascendisti, alternatibus

bym.

ymnidicis Angelicis cho-  
ris: Archangelis constipata,  
rosis, & lilijs coronata.

Ocurrite illi Potestates,  
& Principatus: obviate ei  
Virtutes, & Dominationes.

Cherubim, & throni, &  
Seraphim exaltate eam : &  
cōstituite eam à dextris spō  
si amantissimi filij ejus.

O quā læto animo , quā  
sereno aspectu suscepisti eā  
Angelorum , & hominum  
Deus: & dedisti ei principa-

tum super omnem locum  
dominationis tuæ. Gloria  
Patri, &c.

*Psalmus 48.*

**A**Vdite hæc omnes gē-  
tes: auribus percipite,  
qui ingredi cupitis Reg-  
num Dei.

○ Virginem Mariā hono-  
rate: & invenietis vitam, &  
salutem perpetuam.

Pauperes servos tuos Do-  
mina: felici confœderatione  
conunge Christo.

Etu:

Esuriem parvulorū tuo-  
rum: fructu ventris tui refi-  
ce, & sustēta.

Remansisti enim incor-  
rupta post partum: & invio-  
lata post Filiū. Gloria, &c.

*Psalmus 49.*

Deus deorum Mariæ  
locutus est: per Gabrie-  
lem nuncium suum dicens.

Ave gratia plena , Dominus  
tecum: per te salus mundi  
reparatur.

Speciem , & decorē tuī:

Altissimi Filius concupiscit.

Adorna thalamum tuū  
Sion : præparare in occurſū  
Dei tui.

Per Spiritum enim San-  
ctum cōncipies : qui tuum  
partum faciet virgineū , &  
jucundum. Gloria, &c.

*Psalmus 50.*

**M**iserere mei Domina,  
quæ mater misericor-  
diæ nuncuparis.

Et secūdum viscera mi-  
sericordiarum tuarum: mū-

da me ab omnibus ini-  
tati bus meis.

Effunde gratiam tuā su-  
per me: & solitam clemē-  
tiam tuā ne subtrahas á me.

Quoniam peccata mea  
confitebor tibi: & coram te  
me accuso de sceleribus  
meis.

Fructui ventris tui me  
reconcilia: & pacifica me ei,  
qui me creavit.

Gloria Patri, & Filio, &  
Spiritui sancto, &c.

## Psalms 51.

**Q**Vid gloriaris in malitia: o maligne serpēs,  
& draco infernalis?

Submitte caput tuū mulierī: cuius fortitudine demergeris in profundum.

Contere eum Dña pede virtutis tuæ: exurge, & dissipa malitiam ejus.

Extingue potentia ejus: & virtutem illius redige in favillam.

Ut viventes exultemus

in nomine tuo : & læto animo dicamus tibi laudem.

Gloria Patri, &c.

*Psalmus 52.*

**D**Ixit insipiens inimicus  
in corde suo. Hominē  
ejiciam de tabernaculo fi-  
liorum Dei.

Egrediar , & ero spiritus  
mendax in ore serpentis : &  
per fœminam ejiciam virū,  
virum ejus.

Sicut exaltantur, o miser,  
cœli à terra: sic exaltatæ sūt

cogitationes Dei à cogitationibus tuis.

Noli extolli de casu mulieris : quia mulier conteret caput tuum.

Tu illi foveam præparasti : & in sagena illius caperis. Gloria Patri, &c.

*Psalmus 53.*

**D**omina in nomine tuo  
salvum me fac : & ab  
injustitiis meis libera me.

Ut non noceat mihi cal-  
liditas inimici : sub umbra

alarum tuarū protege me.

O Domina mea adjuva  
me: gratiam tuam largire  
animæ meæ.

Voluntariè offeram tibi  
sacrificium laudis: & confi-  
tebor nomini tuo, quoniam  
bonum est.

Quoniam ex omni tribu-  
tatione liberabis me: & ini-  
micos meos despiciet ocu-  
lus meus.

Gloria Patri, & Filio, &  
Spiritui sancto, &c.

## Psalms 54.

**E**xaudi Dña orationem  
meam: & ne contem-  
nas deprecationem meam.  
Contristatus sum in co-  
gitatione mea: quia judicia  
Dei perterrituerunt me.

Tenebræ mortis vene-  
runt super me: & pavor in-  
fernii invasit me.

Ego autem in solitudine  
expecto consolationē tuā:  
& in cubili meo attēdo mi-  
sericordiam tuam.

Glori-

Glorifica manum, & dexterum brachium tuum : ut prosteratur à nobis inimici nostri. Gloria Patri, &c.

*Psalms* 55.

**M**iserere mei Domina,  
quoniam conculcaverunt  
me hostes mei quotidianie:  
omnes cogitationes eorum  
in malum contra me.

Excita furorem, & mem-  
ento belli: & super eos ef-  
funde iram tuam.

Innova signa, & immuta  
mira

mirabilia: sentiamus adju-  
torium brachii tui.

Glorifica nomen tuum  
super nos: ut cognoscamus  
quoniā in sæculum miseri-  
cordia tua.

Stilla nobis guttam sua-  
vitatis tuæ: quia tu es pincer-  
na gratiæ dulcoris.

Gloria Patri, & Filio, &c.

*Psalmus 56.*

**M**iserere mei Dñs, mi-  
serere mei : quia pa-  
ratum est cor murum exqui-

-tere

ere voluntatem tuam:

Et in umbra alarū tuarū  
requiescā: quia delectabile  
est mihi refrigerium tuum.

Manus tuæ distillat myrram primam: & digiti tui  
unguenta gratiarum.

Et fragmen mali punici  
est guttur tuum: & spiramen  
oris tui suave compo-  
situm thimiamam.

Tu enim es mater pul-  
chræ dilectionis, & anchora  
spei: portus indulgentiæ, &  
janua

*Psalmus 57.*

**S**i verè utique justitiam  
loquimini: justitiæ, & mi-  
sericordiæ honorate Reginā  
Ad laudem enim, & glo-  
riam pertinet Salvatoris:  
quidquid honorificum suæ  
impensum fuerit genitrici.

Rofæ Martyrum te cir-  
cundant ò Regina: & lilia  
Virginum ambient thro-  
num tuum.

Laudate ear<sup>e</sup> simul af-

a matutina: concētum illi  
facite omnes filii Dei.

Glorificate eam cœli, &  
terra : mare, & flumina, ac  
fundamenta orbis.

Gloria Patri, &c.

*Psalmus 58.*

Eripe me de inimicis  
meis Domina mundi:  
exurge in occursum meum  
Regina pietatis.

Aurum obrizum in or-  
namētis tuis: Sardius, & To-  
pazius in diaclemate tuo.

Iaspis, & Amethystus in  
dextera tua: Berillus & Chry-  
solitus in sinistra tua.

Hyacintus, & Achates  
in pectore tuo: Carbunculi  
scintillantes in monilibus  
tuis.

Myrrha, Thus, & Balsa-  
mus in manibus tuis: Sa-  
phyrus, & Smaragdus in di-  
gitis tuis. Gloria Patri, &c.

*Psalmus 59.*

**D**eus repulisti nos pro-  
pter peccata nostra: &  
miser-

miseris es nobis per Virginem Mariam.

Intercede pro nobis salutifera Mater Dei: quæ Angelorum, & hominum salutem peperisti.

Tu enim mœstis exultationem infundis: & mœrentibus lætitiam, & dulcorē.

Lætifica nos dulcifluso  
sono oris tui: & liquore tuo  
roseo perfunde corda nostra.

Tonate ille desuper, &

date illi laudem: glorifica il-  
lam terra cum omnibus ha-  
bitatoribus tuis. Gloria Pat.

*Psalmus 60.*

**E**xaudi Domina oratio-  
nem meam : super fir-  
mam petram stabilias mē-  
tem meam.

Esto mihi turris fortitu-  
dinis: me tuearis à facie cru-  
delis vastatoris.

**V**erū castriū acies sis illi  
terribilis : & vivus corrueat  
in profundum inferni.

*psalmus 60.*

T

Tu enim es rutilans, &  
decorata nubes rorifera, &  
consurgens Aurora.

Pulchra es, & clara, ut Lu-  
na plenissima: & tanquam  
Sol refulget sacer aspectus  
tuus. Gloria Patri, &c.

## Psalms 61.

**N**onne Dña tibi subje-  
cta erit anima: quæ Sal-  
vatorem omnium genuisti?  
Memento nostri perditio-  
rum Salvatrix exaudi plan-  
itus cordis nostri.

Infunde gratiam de the-  
sauris tuis: & uiguentis tuis  
placa dolorem nostrum.

Da nobis gaudium, & la-  
titiam: ut confundas bono-  
rum inimicos.

Ablue omnia peccata  
nostra: sana omnes infirmi-  
tates nostras. Gloria Patri.  
*Psalms 62.*

**D**eus Deus meus: per  
matrē te glorificabo.  
Virginaliter enim te con-  
cepit: & sine angustia te par-  
turis.

turavit,

Benedicta sis o Domina  
nostra : & pro nobis assiste  
ante thronum Dei.

Species , & claritas : in  
conspectu tuo.

Custodi animam meam  
Domina : ut nunquam cor-  
ruat in peccata . Gloria Pa.

Psalmus 63.

E Xaudi Domina oratio  
nem meam cū depre-  
cor: à pavore crudelis libe-  
ra animam meam.

Impetra nobis pacem, &  
salutem in die novissimo.

Benedicta sis super mu-  
lieres: & benedictus sit fru-  
ctus ventris tui.

Illumina Domina ocu-  
los meos: & illustra cæcita-  
tem meam.

Da mihi in te confiden-  
tiam bonam in vita, & in fi-  
ne meo. Gloria Patri, &c.

¶ Psalmus 64.

**T**E Decet hymnus Do-  
mina nostra, in Sion:

laus, & jubilatio in Hierusalem.

Benedictionem omniū gentium dedit tibi Dominus: laudem, & gloriam ante conspectum populorum.

Benedixit te Dominus in misericordia sua: & thronū tuum constituit super ordines Angelorum.

Gratiam, & decorē posuit in labiis tuis: & pallio gloriæ induit corpus tuum.

Coronam radiantē po-

suit in capite tuo: & virtutū  
monilibus te decenter or-  
nat. Gloria Patri, &c.

*Psalmus 65.*

**I**Ubilate Dominæ nostræ  
omnis terra: psallite hym-  
num nomini ejus, date ho-  
norificentiā maiestati ejus.

Benedictum sit cor tuū  
Domina: cum quo ardēter,  
& sinceriter Filium D ei di-  
lexisti.

Respice paupertatē meā  
gloriosa Virgo misericordiam,

&amp;

& angustiam meam ne tardes removere.

Aufer tribulationē meā:  
dulcifica languorem meū.

Benedicat te omnis caro:  
glorificet te omnis lingua,  
Gloria Patri, &c.

*Psalmus 66.*

**D**eus misereatur nostri,  
& benedic nobis: per  
illam, quæ eum genuit.

Miserere nostri Domina,  
& ora pro nobis: in lætitiam  
bonam converte mœsti-

tiam nostram.

Illumina me Stella maris: clarifica me Virgo clarissima.

Extingue ardorem cordis mei: refrigerera me gratia tua.

Protegat me semper gratia tua: præsentia tua illus-  
tret finem meum. Gloria.

*Psalmus 67.*

**E**xurgat Maria, & dissi-  
petur inimici ejus: cō-  
terantur omnes sub pedi-

bus ejus. Impetum inimicorum nos  
trorum dissipat destrue om-  
nem iniquitatem eorum.

Ad te Domina clavavi  
in tribulatione: & serenasti  
conscientiam meam.

Non deficiat laus tua in  
ore nostro, & amor tuus de-  
visceribus nostris.

Pax multa diligētibus te  
Domina: anima eorum nō  
videbit mortem in æternū.  
Gloria Patri, &c.

## Psalms 68.

**S**alvum me fac Domina:  
quoniam intraverunt concupiscentiarum aquae usque  
ad animam meam.

**I**nfixus sum in limo peccati:  
& aquae voluptatis circundederunt me.

**P**lorans ploravi in nocte:  
& dies laetitiae ortus est mihi.

**S**alva animam meam Genitrix Salvatoris:  
quia per te vera salus dappa est omni-

mundo.

Dum nuntiante Angelo  
fuisti obumbrata : & Patris  
sapientia prægnans , & gra-  
vidata. Gloria Patri, &c

*Psalmus 69.*

**D**omina in adjutorium  
meum intende : & lu-  
ce misericordiæ tuæ illustra-  
mentem meam.

Doce nos exquirere bo-  
nitudinem tuam : ut enarre-  
mus mirabilia tua.

Ostende potentiam tuā

contra

contra inimicos nostros: ut  
sanctificeris in nationibus  
procul.

In ira flāmæ tuæ mergā  
tur in infernum: & qui con-  
turbant servos tuos, inveni-  
ant perditionem.

Miserere servorum tuo-  
rum, super quos invocatum  
est nomen tuum: & ne sinas  
angustiari eos in tētationi-  
bus suis.

Gloria Patri, & Filio, & Spi-  
ritui sancto, &c.

## Psalms 70. ♀

**I**N te Domina speravi nō  
confundar in æternum:  
in tua misericordia libera  
me, & eripe me.

Propter multitudinem  
iniquitatum mearum: op-  
pressus sum vehementer.

Facti sunt hostes mei in  
capite meo: subsannaverūt,  
& deriserunt me quotidie.

Vide Domina quoniam  
tribulor: expande manus  
tuas, succurre pereenti.

Ne moreris, propter gra  
tiā nomiois tui : ut efficiaris  
mihi in gaudium, & salutē  
Gloria Patri, &c.

*Psalmus 71.*

**D**eus judicium tuū Re  
gi da: & misericordiā  
tuam Reginæ matri ejus.

In manu tua salus, & vita  
consistunt: lætitia perpetua,  
& æternitas gloriosa.

Resperge cor meum dul  
cedine tua: fac me oblivisci  
miserias hujus vitæ.

Tra

Trahe me post te vinculis misericordiæ tuæ : & fermentis gratiæ , & pietatis tuæ sana dolorem meum.

Concupiscentias semperternas excita in animam meam: & de gaudio paradisi inebria mentem meam.

Gloria Patri, &c.

*Psalmus 72.*

**Q**VĀ bonus Israel Deus:  
his qui colunt matrē suam, & venerantur.

Ipsa est enim solatium

nostrum : in laboribus sub-  
ventio optima.

Obtexit caligine animi  
meam hostis : in visceribus  
meis Dña lucem fac oriri.

Avertatur à me ira De-  
per te : placa eum meritis, &  
precibus tuis.

In judicio pro me assiste  
coram eo : suscipe causam  
meam, & mea sis advocata.  
Gloria Patri, & Filio, & Spi-  
ritui sancto, &c.

## Psalms 73.

**V**T quid Domina repulisti nos? nec subvenis in die tribulationis?

Ingrediatur oratio mea in conspectu tuo: & voces gemitum ne despexeris.

Tetendit arcum suum contra nos inimicus: firmavit dexteram suam, & non est consolator.

Dirumpe iu nobis ligaturam malitiarum suarum: & libera nos dextera tua.

Ga

Re

Repelte eum in locum  
perditionis: sempiterna di-  
natio suscipiat eum. Gloria

*Psalmus 74.*

**C**onfitebor tibi Dña  
& laudabimus nome-  
tuum: fac nos in tuis laud-  
bus delectari.

Cantate ei habitatore  
terræ: & laudem eum in po-  
pulis nunciate.

Confessio, & magnificē-  
tia coram illa: fortitudo,  
exultatio in throno illius.

Adorate illam in decore  
illius: glorificate opificem  
pulchritudinis illius.

Recordamini in sempiternum misericordiae illius:  
retinete in mente virtutes, &  
mirabilia illius. Gloria Pat.

*Psalmus 75.*

**N**otus in Iudaea Deus: in  
Israel honorificentia  
matris ejus.

Dulcis est memoria ejus  
super mel, & favū: & amor  
ejus super omnia aromata.

Salus, & vita in domo il-  
lius: & in tabernaculo ejus  
pax, & gloria sempiterna.

Honorificate illam cœli  
& terra: quia sumus arti-  
fex hanc mirabiliter hono-  
ravit.

Date illi omnes creatu-  
ræ laudem: & stupendam  
misericordiam ejus extolli-  
te gratulanter. Gloria Pat.

200 psalmus 76.

Voce mea ad Dominā  
clamavi: & sua gratia  
inten-

intendit mihi.

Abstulit à corde meo  
mœstiam, & moerorem:  
& suavitate sua cor meum  
dulcoravit.

Formidinem meam ere-  
xit in confidētiam bonam:  
& suo aspectu melifluo mē-  
tem meam serenavit.

Adjutorio sancto suo e-  
vasi pericula mortis: & de  
manu crudeli subterfugi.

Gratias Deo, & tibi ma-  
ter pia, de omnibus quæ af-

secutus sum: de pietate, &  
misericordia tua. Gloria P.

## Psalms 77.

**A**Tendite popule Dei  
præcepta Dei: & Re-  
ginæ gratię nolite obliuisci.

Aperite cor ad investigā-  
dum eam: & labia ad glori-  
ficandum illam.

Descendat amor ejus in  
cordibus vestris: concupis-  
cite placere illi.

Pulchritudo ejus vincit  
Solem, & Lunam: composi-  
tio

tio ejus ad ornamenta virtutum.

Miserere mei Regina gloriæ, & honoris: & ab omni periculo custodi mētem meam. Gloria Patri, &c.

*Psalmus 78.*

**D**omina venerunt gentes in hæreditatē Dei: quas tu meritis tuis Christo confœderasti.

Sit eloquium tuum dulce coram ipso: & conjunge me illi, qui me redemit.

Extēde brachium tuum  
contra hostem crudelē: &  
denuda mihi versutiā illius.

Vox tua dulcis super om-  
nem melodiam: harmonia  
Angelica ei non valet com-  
parari.

Distilla mihi suavitatem  
gratiarum tuarum: & tuo nū  
charissimum fragrantiam,  
& odorē. Gloria Patri, &c.

Psalmus 79. 12

**Q**ui regis Israel intende  
ad me: matrem tuam

collaudare.

Solve vincula ocolli tui  
paupercula anima mea : &  
gloriosis laudibus accipe  
illa m.

O dor vitæ de illa progre-  
ditur. & omnis salus de cor-  
de illius scaturizat.

Charismatum suorum fra-  
grantia suavi animæ mor-  
tuæ fuscitantur. Gloria, &c.

*Psalmus 80.*

E xultate Domine ad-  
jutrici nostræ: jubilate

in lætitia cordis vestri.

Accēdantur affectus vestri in illam: & inimicos vestros induet confusione.

Imitemur humilitatē eius: obediētiam: & mansuetudinem illius.

Omnes gratiæ radiant in illa: capacissima enim fuit capacitas illius.

Currite ad illam cum devotione sancta: & de bonis suis participabit vobis.

Gloria Patri, &c.

## Psalms 81.

**D**eus in synagoga Iudeorum: de qua ut rosa de sentibus progressa est mater Dei.

Terge fœditatem meā  
Domina: quæ semper rutinas puritate.

Fonte vitæ influe in os  
meum: ex quo viventes aquæ profluunt, & emanat.

Omnes sitiētes venite  
ad illam: & de fonte suo gra  
tanter vos potabit.

Qui

Qui hauriet ex eo, salie  
in vitam æternam: & qui bi-  
bit ex eo, non sitiet unquā  
Gloria Patri, &c.

Psalms 82.

**D**Ordina mea, quis fini-  
lis erit tibi: quæ gratiæ  
& gloria superemines uni-  
versos.

Sicut exaltantur cæli á  
terra: sic tu præcelsior cū-  
etis, & nimis exaltata:

Vulnera cor meum cha-  
ritate tua: fac me dignum  
in gratia

B. MARIAE VIRG. III

gratia, & muneribus tuis:

Liqueat cura mea in timore tuo: & concupiscentia tua cor meum inflammetur.

Fac me desiderare honorificentiam, & gloriam tuā, ut per te recipiar ad pacem Iesu Christi. Gloria Patri.

*Psalmus 83.*

**Q**uām dilecta tabernacula tua Domina virtutum: quām amabilia tentoria redemptionis tue.

Honorate illam peccatores

tores: & impetrabit vobis  
gratiam, & salutem.

Super Thus, & Balsami  
oratio ejus incensum: pre-  
ces ejus non revertuntur va-  
cuæ, nec inanes.

Intercede pro me Domi-  
na apud Christum tuum: ne  
que derelinquas me in mor-  
te, neque in vita.

Benignus est enim spiri-  
tus tuus. gratia tua replet or-  
bem terrarum.

Gloria Patri, & Filio, &c.

## Psalms 84.

Benedixisti Domine domum tuam: consecrasti habitationem tuam.

Hæc est speciosa inter filias Hierusalem: cuius memoria est in benedictione.

Beatissimam prædicaverunt illā Angeli sancti: glorificate illam Virtutes, & Dominationes.

Populi gentium exquirite prudentiam ejus: & investigate thesauros miseri-

Sentite de illa in bonitate : & in simplicitate cordis  
exquirite illam. Gloria, &c

*Psalmus 85.*

**I**nclina Dña aurem tuū,  
& exaudi me : converte  
vultum, & miserere mei.

Distillatio dulcoris tuū  
oblectat animas sanctorum  
& infusio charitatis tuae su-  
per mel dulcissimum.

Irradiatio gloriae tuae di-  
lucidat intellectum : & los-

B.MARIAE VIRG. 115

miserationum tuarum per-  
ducit ad salutem.

Fons bonitatis tuæ ine-  
briat sitiētes: & aspectus fa-  
ciei tuæ retrahit à peccato.

Scire, & cognoscere te,  
est radix immortalitatis: &  
enarrare virtutes tuas est  
via salutis. Gloria Patri, &c.

Psalmus 86.

Fundamenta vitae in ani-  
ma justi: perseverate in  
charitate usque in finem.

Gratia tua relevat pauperes

rem in adversitate: & invoca-  
tio tui nominis immitti  
ei confidentiam bonam.

Miserationibus tuis re-  
pletur parafus: & a terro-  
re tuo hostis cōfunditur in-  
fernalis.

Qui sperat in te, inveniet  
thesauros pacis: & qui te no-  
invocat in hac vita, no-  
veniet ad regnum Dei.

Fac Dñā ut vivamus in  
gratia Spiritus sancti: & per-  
duc animas nostras ad san-

Etum finem. Gloria Patri.

*Psalms 87.*

**D**omina auxiliatrix sa-  
lutis meæ: in die cla-  
mavi, & nocte coram te:

Ingrediatur oratio mea  
in conspectu tuo: consolare  
cum facie tua mœstitiam  
meam.

Multiplicata sunt mala  
in anima mea: expurga eam  
de sordibus, & peccatis.

Virtus tua persequatur  
inimicos nostros: ne nos im-

pediant ad salutem.

Confer gratiam animæ  
ad resistendum eis : confor-  
ta cor nostrum contra con-  
cupiscentias carnis. Gloria.

*psalmus 80.*

**M**isericordias tuas Do-  
mina : in sempiternū  
decantabo.

Vnguēto pietatis tuæ me-  
dere contritis corde: & oleo  
misericordiæ tuæ refove do-  
lores nostros.

Gratiosus tuus vultus mi-

hi appareat in extremis: formositas faciei tuæ lætificet spiritum meū egredientem.

Excita spiritum meū ad amandum bonitatem tuā: excita mentem ad extollendā nobilitatē, & pretiositatem tuam.

Libera me ab omni tribulatione mala: & ab omni peccato custodi animam meam. Gloria Patri, & Filiō, & Spiritui sancto, &c.

## Psalms 89.

**D**ña refrigerium facta  
es nobis: in cunctis ne-  
cessitatibus nostris.

Diffusio gratiæ tuæ pro-  
ducit operationes tuas: &  
stillicidium dulcoris tui af-  
fectiones facit sanctissimas.

Miserationum tuarū Do-  
mina recordabo: sacrificiū  
laudis, & carmē lætitiae psal-  
lam tibi.

Qui honorant te, coro-  
nam perenē pro, cinere ob-

tine-

tinebunt, & pallium laudis  
pro spiritu mæroris.

Qui sperant in te, amicti  
lumine induentur: gaudium  
& perpetuam lætitiam for-  
tientur. Gloria Patri. &c.

*Psalmus 90.*

**Q**ui habitat in adjuto-  
rio Matris Dei: in pro-  
tectione ipsius cōmorabitur  
Cōcursus hostis non no-  
cebit ei: sagitta volans non  
tanget eum.

**Quoniam** liberabit eū  
H s d

de laqueo insidiantis: & sub  
pennis suis proteget eum.

Clamate ad illam in pe-  
riculis vestris: & flagellum  
non appropinquabit taber-  
naculo vestro.

Fructus gratiae inveniet,  
qui speraverit in illa: porta  
Paradisi reserabitur ei.

Gloria Patri, &c.

*Psalmus 29.1.*

**B**onū est cōfiteri Virgini  
Mariæ: & psallere illi  
gloriā, prosperitas est mōtis.

*Adū-*

Annūciare merita ejus,  
lætificat intellectum: & imi-  
tari opera ejus, exhilarat  
Angelos Dei.

Qui acquirit gratiā ejus:  
agnosceretur à civibus Paradisi

Et qui habuerit charac-  
terem nominis ejus: anno-  
tabitur in libro vitæ.

Exurge Domina, & judi-  
ca causā nostrā: & ab in sur-  
genti bus in nos, libera nos.

Ne retrahas à peccato-  
re dexteram tuam: & excipe  
glas.

gladio tuo jacula vastatoris  
Gloria Patri, &c.

*Psalmus 92.*

**D**ominus regnavit, de-  
corem induit: matrē-  
que suam ornamēto coro-  
navit virtutum.

Adimpleat propitiatio-  
nem suam in nobis mater  
pacis: & viam æquitatis do-  
ceat servos suos.

Qui desideratis sapien-  
tiam Christi: servite Matri  
eius animo reverenti.

Quis

Quis satisfaciet enarrare opera tua Dña? & quis investigabit thesauros misericordiae tuæ?

Sustine deficientes in temptationibus suis: destina illos in sortem veritatis. Gloria.

*Psalmus 93.*

**D**EUS ultionū Dominus: sed tu Mater misericordiae ad miserandum inflectis.

Magnificentia tua Dña prædicatur in sæculum: qui autem

tem colunt te, invenient vi-  
pacis.

Servite illi reverenter e-  
xultantes: & sanabit vos be-  
neditus fructus castissimi  
ventris illius.

Respice Domina humi-  
litatem servorum tuorum:  
& laudabunt te in genera-  
tionibus saeculorum.

Magnifica nomen tuum  
in multiplicatione gratiarum  
tuarum: & ne sinas servos  
tuos fibjacere periculis.

Gloria

Gloria Patri, &c.

*Psalmus 94.*

Venite exultemus Dominiæ nostræ : jubilemus salutiferæ Mariæ Reginæ nostræ.

Præoccupemus faciem ejus in jubilatione : & in canticis collaudemus eam.

Venite adoremus, & procedamus ante eam: cōfiteamur illi cum fletibus peccata nostra.

Impetra nobis indulgētiam

tiam plenam: affiste pro no-  
bis ante tribunal Dei.

Suscipe in fine animas  
nostras : & introduc nos in  
requie æternâ. Gloria. &c.

*Psalmus 95.*

**C**antate plenæ gratia  
canticum novum: cä-  
tate Mariæ omnes terrige-  
næ orbis.

Quoniam omnes Ange-  
los sanctitate præcellit : &  
natos mulierum virtutibus  
mirabilibus, & signis.

Fot;

Formositas, & gloria in  
vultu illius: & gratia in o-  
culis ejus.

Afferte illi gloriam Pa-  
triæ gentium: exultate in ea  
omnes creature Dei.

Admirabile commerciū  
habetis per eam: ex qua vo-  
cati estis Filii Dei excelsi.

Gloria Patri, &c.

*Psalmus 96.*

Dominus regnavit: ex-  
ultet Maria in omni  
imperio dominationis suæ.

Adorate eam cives curia  
Paradisi: exaltate eam Vir-  
gines speciosæ filiæ ejus.

Quoniam elevata est su-  
per Principatus, & domina-  
tiones; exaltata est super An-  
gelorum, & Archangelorum  
legiones.

Patriarchæ, & prophetæ  
concrepate illi laudem: cō-  
centum illi facite Apostoli,  
Martyresque Christi.

Confessores cum Virgi-  
nibus de cäticis Sion dicite  
cant;

canticum ei: & regnati amici  
ei Monachi sancti de accep-  
tis triumphis. Gloria Patri:

*Psalmus 97.*

**C**antate Dominæ nos-  
træ canticum novum:  
quia mirabilia fecit.

In conspectu gentium  
revelavit misericordiā suā:  
in extremis terræ audiuit  
est nomen ejus.

Recordare Domina pau-  
perum, & miserorum: & sus-  
tentā eos ope refrigerii san-  
cta. ai

Et i tui.

Tu autem Domina sua  
vis, & verax: patiens nimis,  
& miseratione plena.

Conculca hostes anima  
marum nostrarum: & con-  
tumaciam illorū elide bra-  
chio sancto tuo. Gloria.

*Psalmus 99.*

Dominus regnavit, ira-  
cantur populi: Maria  
super Cherubim sedet à  
dextris.

Magna est in Sion gloria

tua Domina: & in Hierusalē  
magnificentia tua.

Cantate ante eam chori  
virginales: & adorate thro-  
num ejus, quia sanctus est.

In dextera ejus ignea lex:  
& in circuitu ejus sancto-  
rum millia.

Mandata ejus ante ocu-  
los ejus: & justitiae regula in  
corde ejus. Gloria, &c.

*Psalmus 99.*

I Vbilate Domine nostræ  
homines terræ: servite illi

in laetitia, & jucunditate.

In toto animo vestro accedite ad illam : & in omni virtute vestra conservate vias ejus.

Investigate illam, & manifestabitur vobis : estote mundi corde, & apprehendetis eam.

Quibus auxiliata fueris Domina, erit refugium pacis: & à quibus averteris tumultum tuum, non erit spes ad salutem.

Recordare nostri Domini,  
 & non apprehēdent nos  
 mala: succurre nobis in fine,  
 & inveniemus vitam æter-  
 nam. Gloria Patri. &c.

Psalmus 100.

**M**isericordiam, & judi-  
 dicium cantabo tibi  
 Domina: psallam tibi in e-  
 xultatione cordis, cùm læti-  
 ficaveris animam meam.

Laudabo nomen tuum,  
 & gloriam: & præstabis re-  
 frigerium animæ meæ.

Zelatus sum amorem  
tuum, & honorem: ideò de-  
fendas causam meam antē  
judicem sæculorum.

Allectus sum gratia, &  
bonitate tua: oro, ne frauder  
à spe, & confidentia bona.

Conforta animam meā  
in novissimis: & in carne ista  
fac me conspicere Salvato-  
torem. Gloria Patri, &c.

*Psalmus 101.*

**D**omina exaudi oratio-  
nem meam: & clamor

meus

meus ad te veniat.

Non avertas sacrum as-  
pectum tuum à me: neque  
abomineris me propter im-  
munditiam meam.

Non derelinquas me in-  
cogitatu, & consilio inimi-  
corum: & ne finas me cade-  
re in exprobationem illorū  
pessimam.

Qui confidunt in te, nō  
timebunt colubrum tortuo-  
sum: & qui exaltant te præ-  
coniis ; evadunt manus A-

cherontis.

Per virginalen conceptū  
tuum da mihi in te confidē-  
tiam bonam: & per admi-  
rabilem partum tuum læti-  
fica animam meam.

Gloria Patri, &c.

*Psalmus 102.*

**B**enedic anima mea ma-  
tri IESV Christi: & o-  
mnia præcordia mea glo-  
rificate nomen ejus.

**N**e obliviscaris benefi-  
cia ejus; nec gratiam, & cō-  
solac-

solatus illius.

Gratia ejus peccata relaxantur: & misericordia ejus ægritudines reparantur.

Benedicite ei omnes virtutes cœlorum: glorificate ei chori Apostolorum, & Prophetarum.

Benedicite ei mare, & insulæ gentium: hymnum dicite ei cœli, & habitatores eorum.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, &c.

*Psalm.*

*Psalmus 103.*

**B**Enedic anima mea Virgini Mariæ: honor, & magnificentia ejus in perpetuum.

Formositatem , & pulchritudinem induisti: amicta es Domina fulgenti vestimento.

De te procedit peccatorum medela : & pacis disciplina, ac fervor charitatis.

Imple nos servos tuos virtutibus sanctis: & ira Dei nō

appropinquet nobis.

Iucunditatem æternam  
da servitoribus tuis: & noli  
eos oblivisci in certamine  
mortis. Gloria Patri, &c.

*Psalmus 104.*

**C**onfitemini Dñæ nos-  
træ, & invoke nomē  
ejus: cātate ei gloriose, nar-  
rantes virtutes ejus.

Laudate, & exultate eā  
Virgines filiæ Sion: quia des-  
ponsabit vobis Regem An-  
gelorum.

Hono-

Honorate Reginam plena-  
nam omni gratia: & contem-  
plamini cum reverentia sa-  
ctissimum vultum ejus.

Salus sempiterna in ma-  
nu tua Domina: qui te dig-  
nè honorificaverint, susci-  
pient illam.

Clementia tua non defi-  
ciet à saeculis æternis: & mi-  
sericordia tua à genera-  
tione in generationem.

Gloria Patri, & Filio, & Spi-  
ritui sancto, &c.

## Psalms 105.

Confitemini Dñæ nos-  
træ quoniam bonus est:  
per cunctas tribus terræ e-  
narrate misericordias ejus.

Longè est ab impiis cō-  
versatio ejus: à via Altissimi  
non declinavit pes ejus.

Fons irrigatis gratiæ pro-  
cedit de ore illius: emanatio  
virginalis sanctificans ani-  
mas castas.

Spes de gloria paradisi  
in corde illius: qui devoto a-

PSALTERIUM  
ni mo honorificaverit illā.  
Miserere nostri fulgenti  
Isima Reginā cœli: & preſt  
consolationē de gratia tua  
Gloria Patri, &c.

Psalmas 106.

**C**onfitemini Dño, quo  
niam bonum: confe-  
mini matris ejus , quoniam in  
ſæculum misericordia ejus.  
Innocentiā, & viam pru-  
dentiæ ostende nobis Dñs:  
& viam intelligentiæ indi-  
ca servis tuis.

Ti-

Timor Dei illustrat intellectum: & amor tuus exhilarat illum.

Beatus vir, cuius eloquium est tibi gratum: illius ossa impinguabuntur adipe, & pinguedine.

Eloquium tuum sustentat animam imbecillem: & labia tua esurientem animum refocillant. Gloria Patri, &c.

*Psalmus 107.*

P aratum cor meum Domina, paratu cor meum:

laudes tibi psallere, & cātare

Maior est charitas tua  
cunctis divitiis: & gratia tua  
super aurum, & lapidem  
preciosum.

Beatitudo, & justitia do-  
natur à Deo: qui autem de  
peccatis conveisi fuerint ad  
te, pœnitentiae remedium  
consequuntur.

Emissiones tuæ gratia, &  
pax: qui autem tibi placue-  
rit procul fiet à perditione.

Esto umbraculum prote-

ctionis in temptationibus nos-  
tris: expansio alarum tuarū  
defendat nos à devorante.

Gloria Patri, &c.

*Psalmus 108.*

**D**omina laudem meā  
ne despexeris: & hoc  
dedicatum tibi Psalterium  
digneris acceptare.

**R**espice voluntatem cor-  
dis mei: & affectionē meam  
fac tibi beneplacenter.

**P**ropèra ad visitandum  
servos tuos: sibi regimeto

manus tuę illęsi cōservētur.

Illuminationem Spiritus  
sancti per te suscipiant: & re-  
frigerium contra cupidita-  
tis æstum.

Medere contritis corde  
Domina: & refove eos un-  
guēto pietatis. Gloria Patri.

*Psalmus 109.*

**D**Ixit Dñus Dominæ no-  
stræ: sede Mater mea à  
dextris meis.

Bonitas, & sanctitas pla-  
cuerunt tibi: ideo regnabis

secum in æternum.

Corona immortalitatis  
in capite sancto tuo: cuius  
fulgor, & claritas non extin-  
guetur.

Miserere nostri Domina  
mater luminis, & splendoris:  
illumina nos Domina veri-  
tatis, & virtutis.

De thesauris tuis infude  
nobis sapientiam Dei: & in-  
tellectum prudenteriae, ac for-  
mam disciplinae.

Gloria Patri, &c.

## Psalmus

**C**onfitebor tibi Dña in  
toto animo meo: glori-  
ficabo te in tota mente mea.

Opera gratiae tuae com-  
memorabimur: & testamentum  
misericordiae tuae ante thro-  
num Dei.

Per te missa est redemp-  
tio à Deo: populus poenitēs  
habebit spem salutis.  
Intellectus bonus omni-  
bus honorantibus te: & fors  
illorum inter Angelos pacis.

Glo-

Gloriosū, & admirabile  
est nomen tuum: qui illud  
retinent, non expavescēt in  
pūcto mortis. Gloria Patri.

*Psalmus 111*

**B**eatus vir, qui timet  
Dominam: & beatum  
cor, quod diligit illam.

Iucundus homo, qui nō  
satiatur laude tua: & à rela-  
tu virtutū tuarū nō fatigatur

Exortum est in corde il-  
lius lumen Dī: Spiritus san-  
ctus illuminat intelligentiam

tiām ejus.

Disperge Dña gratiam  
tuam pauperibus tuis: esu-  
rientes resove, & egenos.

In memoria æterna sit  
per te nomina ; ab auditu  
terribili nō trepidet cor nos-  
trum: Gloria Patri, &c.

*Psalmus 112.*

**L**AUDATE pueri matrem  
Dei: glorificate senes  
nomen ejus:

Benedicta sit Maria ma-  
ter Christi: ipsa enim est via

ad

ad patriam sanctitatis.

Excelsus super Cherubim thronus ejus: & sedes ejus super cardines cœli.

Super humiles vultus ejus: & super confidentes in eam aspectus illius.

Misericordia ejus super omnem carnē: & eleemosyna illius usque ad extremum terræ. Gloria Patri, &c.

*Psalmus 113.*

IN exitu animæ meæ de hoc mundo: occurre illi

Domina, & suscipe eam.

Cōsolare eam vultu san-  
cto tuo: aspectus dæmonis  
non conturbet illam.

Esto illi scala ad regnum  
cœlorum: & iter rectum ad  
paradisum Dei.

Impetra ei à patre indul-  
gentiam pacis: & sedem lu-  
cis inter servos Dei.

Sustine devotos ante tri-  
bunal Christi: suscipe cau-  
sam eorū in manibus tuis.

Gloria Patri, &c.

**D**ilexi matrem Dei Domini mei: & lux miserationum ejus infulsit in me.

Circundederunt me dolores mortis: & visitatio Mariae laetificavit me.

Dolorem, & periculum incurri: & recreatus sum gratia illius. Nomen ejus, & memoriale illius sit in medio cordis nostri: & non nocebit nobis iactus malignantis.

Con-

Cōvertere anima mea in  
laudem ipsius : & invenies  
refrigeriū in novissimis tuis.

Gloria Patri, &c.

*Psalmus 115.*

**C**Redidi propter quod  
locutus sum : gloriam  
tuam Domina orbi terræ.

Compatere animæ meæ  
& dirige illam: dignare be-  
neplacitū tuū inserviare illi.

Statue illi testamentum  
pacis, & dilectionis tuæ: præ-  
be illi ingenii memoriām

nomi

dominis tui.

De benedictione vētris  
tui da mihi sustentationem:  
& de pinguedine gratiæ tuę  
dulcora animam meam.

Disrumppe vincula pec-  
catorum meorum: & de vir-  
tutibus exorna faciem an-  
imæ meæ. Gloria Patri, &c.

*Psalms 116.*

**L**AUDATE Dñm nostrā  
omnes gentes: glorifi-  
cate eam omnes populi.

**Quoniam cōfirmata est**

supernos gratia, & misericordia ejus: & veritas illius permanet in æternum.

Qui dignè coluerit illā, justificabitur: qui autem neglexerit illam, morietur in peccatis suis.

Labia Angelorum enarrabant sapientiā ejus: & omnes cives Paradisi cantabūt ejus laudem. Gloria

Bono animo accedentes ad illam: non capientur ab Angelo devastantē. Gloria

Gloria Patri, &c.

*Psalmus 117.*

Q Onfitemini Dño, quo-  
niam bonus: cōfitemi-  
di matri ejus, quoniam in  
æculum misericordia ejus.

Amor illius expellit pec-  
catum à corde : & gratia il-  
lius expiat conscientiā pecc-  
atoris.

Via veniēdi ad Christū est  
ppropinquare ad illam q ui  
utem fugerit eam, non in-  
veniet viam pacis.

Qui

**Q**ui obduratus est in peccatis, saepe invocet illam: & lux in suis tenebris orietur.

**Q**ui tristatur in corde suo, clamet ad illam: & dulcorapti stillicidio inebriabitur. Gloria Patri, &c.

*Psalmus 118.*

**B**eatii immaculati in via qui matrem Domini imitantur.

**B**eatii imitatores humilitatis ejus: beati participes charitatis illius.

**Beati**

Beati persecutores virtutum illius: beati conformes imaginis illius.

Beati qui conceptum, & partum illius venerantur: beati qui devotè ei famulantur.

Beati qui in eā habent spem, & confidentiam: beati qui per illam suscipient felicitatem sempiternam.

Gloria Patri, &c.

R. Etribue servo tuo Dñs: vivifica me, & faciam voluntatem tuam.

Incōla ego sum in terra  
nihil abscondas mihi de amore tuo.

Concupivit anima mea:  
laudē tuam desiderare omni tempore.

Tu enim salus mea in  
Domino: quæ me morti ad  
judicatum liberasti.

Quid pro his retribuam  
tibi, nisi me torum? Domina  
suscipe me. Gloria Patri, &c  
**L** Egem pone mibi Dña,  
voluntatis tuæ, sancta-

rum sanctissima: & exquirā  
eām semper.

Deduc mē in semitam  
miserationum tuarū mulie-  
rum pulcherrima: quia i-  
psam volui.

Inclina animam meam  
ad superiorum amorem  
Domina: & non ad impu-  
diciam.

Ecce concupivi castimo-  
niā tuā à juventute mea;  
in misericordia tua consis-  
ta me.

Et observabo viam testi-  
moniorum tuorum in secu-  
lum & scrutabor mandata  
Filiū tui, quae dilexi. in seculum  
Gloria Patris & corda quā

**M**Emor est in verbis tuis  
Dominarum primi-  
ceriæ in quomodo spem de-  
disti nobis : sicut o

Hæc in tempestatum flu-  
ctibus potenter tenet me:  
quia eloquium tuum vivi-  
camit meus sibi cito dicitur

Circūdederunt me viri-

mendaces, & congregata  
sunt super me flagella: & ee-  
ce manus tua eripuit me.

Communicavi in bonis  
omnibus timentibus te: &  
custodientibus obnoxie mā-  
data tua.

Miserationibus tuis plena  
est terra: ideo viam justi-  
ficationum tuarum exqui-  
sivi. Gloria Patri: & ex i-  
**B**onitate eius fecisti cum  
servo tuo Dominusque  
qua gaudent Angeli.

Disciplinā morum tuo-  
rum, & æquitatē tuam do-  
ce me: quia verbis tuis præ-  
tunctis credidi.

Bonum mihi, quia onere  
tuo humiliasti me: ut sequar  
conversationem tuam.

Qui amant servientes ti-  
bi, venerabuntur: qui autem  
abominatus fuerit eos, ruet  
in æternum.

Veniant mihi semper de-  
super guttae clementiae tuae  
& vivam: quia lex tua sanc-

ta meditatio mea est.

Gloria Patri, &c.

**D**efecit in semitis tuis  
anima mea Dominus  
& nisi miseratione maxima es-  
set, perirem utique in in-  
firmitate mea.

Defecerunt oculi mei in  
contemplatione tua: velut  
uter in pruina à te visa est  
anima mea.

Secundum bonitatē tuā  
vivifica me: & non oblivis-  
car sermones tuos, quia tibi

adhærere bonum est.

Dispositione tua perseverat mundus: quem, & tu cū  
Deo fundasti ab initio.

Thūs totus ego sum Domina, salvum me fac: quo-  
niam desiderabiles erāt lau-  
des thæ in tempore peregrina-  
tionis meæ. Gloria Patri;

**Q**uoniam dilexi legem  
tuam Domina: in con-  
pectu meo semper.

Suavitatum tuarum af-  
fuetia cor meum alienavit

á me:

à me : & caro mea mirabiliter exultavit in te.

Quam dulcia peccatoribus eloquia tua Domina: super omnem melodiam perfectio tua dulcis ori meo.

Illuminatio gressibus meis verbum tuum : & lumen ineffabile semitis meis.

Quoties exasperaverunt me peccatores inferni, quia a charitate tua declinare non possum: ego autem speravi in te Domina, Gloria Patri, &c.

**T**Niquos odio habui: &  
viam tuam dilexi Domi-  
na gratiosa.

Adjuva me, & salvus ero  
Domina mundi: & medita-  
bor honorificentiam man-  
datorum tuorum.

Fac me semper stare in  
timore tuo: & non tradas  
me Virgo caluniatis me.  
Vernaculus tuus sum ego:  
minimus in familia tua.

Custodi me Dña à negli-  
gētibus judicia justitiae tue.

Con-

Contemnes omnes descendentes a servitio tuo: quia inusta est conversatio eorum.  
Gloria Patri, &c.

**M**irabilia tua testimonija mater alma: & sermonibus tuis illuminatum est cor meum.

Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis: filiae regum collaudant faciem tuam.

Ardens verbum labiorum tuorum vehementer: qui ad te

te properat percipiat illud.  
Arundo agitata sum in  
conspectu tuo: tene me Do-  
mina sub jugo tuo , & non  
confundar.

75) Servientes tibi plus aliis  
invadunt dracenos inferni:  
sed tu Domina defende nos.  
Gloria Patri,&c.

C Lamavi in toto corde  
meo ad te Dña: de ne-  
cessitatibus meis clementer  
cripe me.

Vocem gemitus mei e-

audi Domina mea & doce  
ne quid acceptum sit apud  
te omni tempore non sicut  
in

Longe aescientibus te  
salus: qui autem per statim  
obsequio tuo procul fuisti  
perditione. bascol zilli ffe non

Misericordia tua rigat u-  
niversum: Domina in salutem  
tuo vivifica me.

Initium eloquiorum tuorum  
veritas in eternum: &  
egem tuam in maculatum  
non sum oblitus. Gloria,

Principes persecuti sunt  
me gratis: & ab invoca-  
tione nominis tui trepidat  
spiritus malignus.

Pax multa observatis  
nomen tuum mater Dei: &  
non est illis scandalum.

Septenis, horis decanta-  
vi tibi laudes Domina: jux-  
ta eloquium tuum da mihi  
intellectum.

Intret oratio mea in cõ-  
pediu tuo , ut non derelin-  
quam te Domina cunctis

diebus vitæ meæ quoniā viç  
guæ misericordia, & veritas.

Concupiscam in æternū  
audare te Domina: cum do-  
cueris me justificationes  
tuas. Gloria Patri, &c.

*Psalmus 119.*

**A**d Dominam cum tri-  
bularer clamavi: & e-  
audivit me.

Domina libera nos ab  
omni malo: cunctis diebus  
vitæ nostræ.

Concre caput inimico-

ram nostrorum : pede insuperabilis virtutis tuæ.

Ut exultavie spiritus tuus  
in Deo salutari tuo : sic veram digneris infundere latitiam cordi meo.

Ad Dominum accede rogatūa pro nobis : ut per te nostra peccata deleantur.  
Gloria Patri, &c.

Psalmus 120.

Evavi oculos meos ad te mater Christi : pet quam venit solatium omni

carni.

Auxilium tuū , & gratiā  
tuā nobis impende: in omni  
tribulatione nostra.

Custodi nos Dña virgo  
Maria: ne peccatorum la-  
queo capiamur.

Non dormit, neque dor-  
miet pupilla oculi tui: ut  
tua semper custodia prote-  
gamur.

Angelorū, & hominū te  
laudat omnis lingua: & an-  
te te omnia genua curvan-

tur. Gloria Patri, &c.

*Psalmus 121.*

**L**Ætatus sum in te Re-  
gina cæli: quia te duce-  
in domum Domini ibimus

Hierusalem cælestis ci-  
vitas: ad Mariæ præmia ve-  
niamus.

Pacem, & indulgentiam  
virgo nobis impetra: & pal-  
mam de hostibus, & trium-  
phum.

Conforta, & consolare  
cor nostrum: tuæ dulcedine

pietatis.

Sic Domina nobis infun-  
de clemētiam: ut devote in  
Domino motiamur.

Gloria Patri, &c.

*Psalmus 122.*

A D te levavi oculos me-  
os Regina: quę regnas  
in cælis.

Adjutorium nostrum in  
virtute sit nominis tui: per  
te omnia opera nostra uni-  
gantur.

Benedicta sis in celo, &c.

in terra: in mari, & in omnibus abissis.

Benedicta sit secunditatem tua. benedicta sit virginitas & munditia tua.

Benedictus sit corpus tuum sanctum: benedicta sit anima tua sanctissima.

Gloria Patri, &c.

*Psalmus 123.*

**N**isi quia Domina nostra erat in nobis: invenerissent nos pericula multa. Esto virgo defensatrix

*nostra*

nostra:& ante Deum advo-  
cata propitia.

Ostende nobis Dom iusta  
misericordiā tuā: & cōforta  
nos in servitio sancto tuo.

Benedicant te sancti An-  
geli in cælo: benedicant te  
omnes homines super terrā

Non tradas bestiis ani-  
mas confitentium tibi: orate  
canentium non obturētur.  
Gloria Patri, & Filio, & Spi-  
ritui sancto, &c.

**Q**ui confidunt in te ma-  
ter Dei: non timebunt  
a facie inimici.

Gaudete, & exultate om-  
nes qui diligitis eam: quia  
adjuvabit vos in die tribu-  
lationis vestrae.

Re miniscere miseratio-  
num tuarum Domina: & re-  
levat peregrinationem in-  
colatus nostri.

Converte amabilem vul-  
tum tuum super nos: con-  
fitearis

sunde, & destrue omnes ini-  
micos nostros.

Benedicta sint omnia o-  
pera manuum tuarum Do-  
mina: benedicta sint omnia  
sancta miracula tua.

Gloria Patri, &c.

*Psalmus 125.*

**I**N convertendo faciem  
tuam serenissimam super  
nos: laetificabis nos virginea  
mater Dei.

Benedicta sis o sacrariū  
Christi: prē cunctis mulieri

134 **PSALTERIVM**  
**bus super terram.**

Benedictum fit gloriosu  
m omen tuum : quod os Dñi  
mirabiliter nominavit.

Non deficiat laus tua de  
labiis nostris : nec charitas  
tua de præcordiis nostris.

Qui te diligunt, benedi-  
cantur a Deo : & qui te vo-  
lunt diligere, non defraude-  
tur a fide. Gloria Patri, &c.

**Psalmus 126.**

**N**isi Dña ædificaveris  
domum cordis nostri:

**non**

non permanebit ædificium  
eius.

Ædifica nos gratia , &  
virtute tua : ut maneamus  
firmi in perpetuum.

Benedictum sit eloquiu-  
tuum: & benedicta sint om-  
nia verba oris tui.

Benedicantur a Deo, qui  
te benedicunt: & in justoru-  
m numero computentur.

Benedic Dña te benedi-  
centes: & ne umquam aver-  
tas ab eis gratosum vultum

tuum. Gloria Patri, &c.

*Psalmus 127.*

**B**EATI omnes qui timent  
Dominam nostram: &  
beati omnes, qui sciunt face-  
re voluntatem tuam, & be-  
neplacitum tuum.

Benedicti sunt pater, &  
mater qui te generūt: quo-  
rum memoria permanet in  
seculum.

Benedictus est vēter, qui  
te portavit: & benedicta sint  
ubera, quæ te lactaverunt.

Con-

Cōverte misericordiam  
tuam super nos: & depreca-  
bilis esto super servos tuos.

Intuere, & respice oppro-  
brium nostrum: aufer a no-  
bis cunctas iniurias nos-  
tras. Gloria Patri, &c.

*Psalmus 128.*

Sæpe expugnaverūt me  
à juventute mea inimi-  
ci mei: libera me Domina,  
& vindica me ab ipsis.

Ne des illis potestatem  
in animam meam: custodi

omnia

omnia interiora, & exteriora mea.

Obtine nobis veniam peccatorum: per te Spiritus sancti gratia nobis detur.

Fac nos dignè, & laudabiliter pœnitere : ut beato fine ad Deum veniamus.

Placatum tunc, & serenissimum nobis ostende: gloriosum fructum vctris tui. Gloria.

*Psalmus 129.*

**D**E profundis clamavi ad te Dña: Domina e-

exaudi;

exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendétes: in vocem laudis, & glorificationis tuæ:

Libera me de manu adversariorum meorum: confunde ingenia, & conatus eorum contra me.

Erue me in die mala: & in die mortis ne oblivia caris animæ meæ.

Deduc me ad portū salutis: inter justos scribatur nomen meū. Gloria Patri.

## Psalmus 130.

**D**omina non est exaltata  
tum cor meum: neque  
sublimati sunt oculi mei.

Benedixit te Dominus in  
virtute sua: qui per te ad ni-  
hilum redegit inimicos no-  
stros.

Benedictus sit, qui te san-  
ctificavit: & misericordia de ma-  
tris utero te produxit.

Benedictus sit, qui obu-  
travit: & sua gratia te fecu-  
davit.

Bene

Benedic nos Dña, & conforta nos in gratia tua : ut per te ante conspectū Dñi præsentemur. Gloria Patri.

*Psalmus 131.*

**M**emento Dña David : & omnium invocationis nomen tuum.

Da nobis in nomine tuo fiduciam : & confundatur adversarius nostri.

Consolare nos in terra peregrinationis nostræ : & televa paupertatem nostram.

Da

Da nobis panem lacrimarum virgo sancta: & dolorum peccatorum in terra incolatus nostri.

Redde nobis propitium benedictum fructum ventris tui: ut Spiritus sancti gratia repleamur.

Gloria Patri, &c.

*Psalmus 132.*

**E**cce quam bonum, & quam incundum Maria: diligere nomen tuum.

Vnguentum effusum, &

aromaticum est nomen tuum: diligētibus ipsum.

Quoniam magna multitudo dulcedinis tuæ Domina: quam præparasti diligētibus & sperātibus in te.

Esto refugium pauperū in tribulatione: quia tu es baculus pauperum & miserorum.

Inueniant, quæso, gratiā apud Deum: qui te in suis necessitatibus inuocabunt. Gloria patri, &c.

## Psalms 133.

**E**cce nunc benedicite  
Dominam: omnes qui  
speratis in nomine sancto  
eius.

Gaudete gaudio magno,  
qui exaltatis & glorifica-  
tis eam: quia lætabimini  
ab ubertate consolationis  
eius.

**E**cce nunc inundante  
ubertate declinabit in vos:  
ad consolandum & lætifi-  
candum corda vestra.

Benedicite illam omnes  
serui eius: & memoriale sit  
in desiderio animæ vestræ.

Benedicite illam omnes  
Angeli, & sancti Dei: lau-  
date in sæcula mirabilia  
eius. Gloria patri, &c.

*Psalms 134.*

**L**AUDATE nomen Domini  
nominis: benedicte nomen  
Mariæ matris eius.

Mariæ precamina fre-  
quentate: & inscirabis ve-  
bis voluptates sempiternas.

In anima cōtrita veniamus  
ad illam: & non stimulabit  
nōs cupiditas peccati.

Qui cogitat de illa in  
tranquillitate mentis: go-  
veniet dulcore & requiem  
pacis.

Respitemus ad illam in  
finitione nostra: & refera-  
bit nōbis atria triumphan-  
tium. Gloria patri, &c.

*Psalmus 135.*

**C**onsitemini Domino  
quoniam bonus: quo-

quoniam per suam dulcissimam matrem Virginem Mariam datur misericordia ejus.

Impetra nobis Dña amicitia Jesu Christi: & custodi nos, ne perdamus innocentiam nostram.

Comprime hostem nostrum imperio tuo: ne feriat in nobis virtutem charitatis.

Bona naturalia conserua in nobis: & bona gratiae

per te multiplicentur.

Illumina vias & semitas  
nostras: ut noscamus quæ  
benepacita sunt Deo. Glo-  
ria patri, &c.

*Psalmus 136.*

**S**V per flumina Babylo-  
nis fleuerūt Hebræi: nos  
vero super iniqüitates no-  
stras lugeamus.

Clamemus humiles ad  
puerperā Virginem: offre-  
ramus ei planetus, & suspi-  
ria nostra.

Non inuenitur propitiatio  
sine illa: nec salus sine fru-  
ctu illius.

¶ Per illam peccata pur-  
gantur: & per fructum il-  
lius, animæ dealbantur:

¶ Per illam fit satisfactio  
peccatis: per fructum il-  
lius sanitas condonatur,  
Gloria patri, &c.

*Psalmus 137.*

Confitebor tibi Domi-  
na in toto corde meo:  
quia per te expertus sum cle-

mentiam Iesu Christi.

Audi Dña verba mea  
& preces meas: & in con-  
spectu Angelorum canta-  
bo tibi laudes.

In quacumque die inuo-  
cauerō te, exaudi me: &  
multiplica virtutem in ani-  
ma mea.

Confiteātur tibi omnes  
tribus & linguae: quia per  
te salus restituta est nobis.  
Ab omni perturbatione  
libera seruos tuos & fac.

eos vivere sub pace & pro-  
 tectione tua. Gloria patri,  
&c.

## Psalms 138.

Dominus probasti me,  
& cognovisti me: rui-  
nam & transgressionem meam.  
Copiosa facta est super me  
misericordia tua: & dilata-  
tata est super me clemētia:

Imperfectum meum as-  
pexit oculus tuus: & palpe-  
brae tue mouerūt vias meas.

Affluentiam desiderij sā-

Et habeamus a Spiritu san-  
cto: & macula peccati nō  
turpet conscientiā nostrā.

Serenet corda nostra lux  
misericordiæ tuæ: & recre-  
et nos tuæ pacis dulcedo.  
**Gloria patri, &c.**

**Psalmus 139.**

**E**Ripe me Domina ab  
omni malo: & ab ho-  
ste inferni defende me.

**C**ontra me tetendit ar-  
cum suum: & in fraude sua  
insidiatur mihi.

Constringe vires eius mali-  
gnas: & obrunde potenter  
astutias eius.

Conuerte iniquitatem  
ipsius in verticem illius: &  
in foueam, quam fecit, ca-  
dat festinanter.

Nos autem exultemus  
in seruitio tuo: & in tuis lau-  
dibus gloriemur. Gloria pa-  
tri, &c.

*Psalmus 140.*

Dominā clamaui ad te  
exaudi me: intende o-

rationi meæ & postulationi  
meæ.

Dirigatur obsecratio mea  
velut incensum corā facie  
tua: & in tempore serotini  
sacrificij & matutini.

Non declinet cor meum  
in verbis malignantibus: &  
nequitiae cogitatus nō sub-  
vertant sensum meum.

Fae me assentire bene-  
placito cordis: & tuis ac-  
tionibus conformari.

Gladio intelligentiæ re-

terbera cor meum : & igni-  
culo charitatis inflama mē-  
tem meam. Gloria patri,  
&c.

*Psalmus 141.*

**V**OCE mea ad Dominā  
clamaui : ipsamque  
humiliter deprecatus sum.  
**E**fludi in conspectu eius  
lacrymam meam : & dolo-  
rem meum sibi exposui.

**I**nsidiatur hostis calca-  
neo meo: extendit contra  
me rete suum.

*Adiu-*

Adiuva me Domina, ne  
corruam coram eo : fac ut  
coeteratus sub pedibus meis.

Educ de carcere animā  
meam : ut confiteatur tibi,  
& psallat Deo fortis in per-  
petuum. Gloria patri &c.

*Psalmus 34.2.*

**D**omina exaudi oratio-  
nem meam : percipe  
tuis auribus supplicationē  
meam.

Persecutus est malignus  
vitam meam ; depositit in

terra conuersationē meā.

Denigravit me caligine  
ua: & auxiatus est nimis  
spiritus meus.

Ne avertas faciem tuam  
a me: ut non corruam cum  
descendentibus in lacum.

Emitte lucem tuam &  
gratiam tuam: & repar  
a novo vitam meā & con  
ciētiā meā, Glor. Patri, &c.

*Psalmus 143.*

Benedicta sis Domina  
quæ instruis seruos tuos:

ad

PSALTERIVM  
ad prælium: & eos roboras  
contra inimicum.

Fulgureu & icoruscant io-  
ne dissipa illum. mitte iacu-  
la tua ut confundas illum.

Clarifica de alto manū  
tuam: & cantent serui tui  
laudem & gloriam tuam.

Eleva de terra nostra affec-  
tionem nostram: de sem-  
piterdis delcijs refice visce-  
ra nostra.

Concupiscentiam super-  
norum accende in cordi-

bus nostris : & de gaudijs  
paradisi velis nes recreare.

*missæ Psalmus 144.*

**E**xaltabo te mater filij  
Dei : & per singulos  
dies cantabo laudes tuas.

Generatio & populi lau-  
dabunt opera tua : & mis-  
ericordiam tuam insulæ ex-  
pectabunt.

Abundantiam dulcoris  
tui Angeli eructabunt : &  
suavitatem tuam sancti pro-  
nunciabunt.

¶ O sali

Oculi nostri sperant in te  
Domina: mitte nobis ci-  
bum, & escam delectatēm.  
Laudationem tuam lo-  
quatur lingua mea: & be-  
nedicam te in s̄eculum s̄æ-  
culi. Gloria Patri, &c.

Psalmus 145.

**L**AUDA anima mea Dom-  
inam: glorificabo eū  
quādiu vixerim. Nolite  
cessare a laudis  
bus eius: & per singula mo-  
menta recognoscere illam.

Cas

Cū exierit spiritus meus  
Domina sit tibi commen-  
datus : & in terra ignota  
præsta illi ducatum.

Non conturbent eum  
culpæ prius commissæ: nec  
inquietent ipsum occursum  
malignantis.

Perduc eum ad portum  
salutare in tribù præstoletur  
securè aduentum Redem-  
ptoris. Gloria Patri. &c.

Psalms 46.

Laudate Domina, quo-

niam bonus est psalmus  
iucunda & decora sic illi no-  
stra laudatio.

Ipsa enim medetur con-  
tritis corde: & refouet eos  
anguento pietatis.

Magna est virtus illius:  
& clementia eius nullum  
habebit finem.

Ræcinite ei in iubilatione:  
& in cōfessione psalmum  
canite illi.

Beneplacitum est ei su-  
per timentes Deum: & in

eis qui sperant in misericordia eius. Gloria, &c.

*Psalmus 147.*

**L**AUDA Hierusalem Dominam: glorifica illam etiam. **o** Sion. **T**

**I**pse enim construit muros tuos: & filios tuos benedicit.

**G**ratia sua te impinguat: pacemque donat terminis tuis.

**E**misit Verbum suum Altissimum: & virtus eius obabrauit illi.

Leuenus corda nostra  
cum manibus ad illam: ut  
suam influentiā sentiamus.  
**Gloria Patri, &c.**

*English Psalms. 148.*

**L**AUDATE DOMINAM no-  
stra in domo cœlis: glori-  
cate eam in excelsis.

Laudate eam omnes ho-  
mines: & iumenta: volu-  
cres cœli & pisces maris:

Laudate eam Sol: & Lu-  
na: stellæ: & circuli plane-  
tarum.

Laudate eā Cherubim  
 & Seraphim: Throni, &  
 Dominationes, & Pote-  
 states.

Laudate eam omnes le-  
 giones Angelorum: lauda-  
 te eā omnes ordines spiri-  
 tuū supernorū Gloria Patri,  
 &c.

*Psalmus 149.*

Ante Domine nostrę  
 Canticum novum laus  
 eius in congregazione iu-  
 storum  
 O 4 sto-

storūm.

Lætentur cœli de gloria  
eius insulæ maris, & totus  
orbis.

Aqua & ignis laudent eā:  
frigus, & ræstus, splendor,  
& lumen.

Exultationes eius in gut-  
ture iustorum: laudes eius  
in cœtu triumphantium.

Ciuitas Dei iucundare  
in illa: & pro incolis tuis  
frequenta illi carmen. Glo-  
ria Patri, &c.

## Psalms 150.

**A**udite Dominam in  
sanctis eius: laudate eā  
in virtutibus, & miraculis  
eius:

Laudate eam cōetus A-  
postolorum: laudate eam  
chori Patriarcharum, &  
Prophetarum.

Laudate eam exercitus  
Martyrum: laudate eam tur-  
mæ Doctorum, & Confes-  
sorum.

Laudate eam in colle-

218 PSALTERIVM  
gio virginum & continen-  
tiū m̄: laudate eam ordines  
Ana chorētarū, & Mona-  
chorum.

Laudate eam conuentus  
Religiosorū omnium: lau-  
date eam omnes animæ ci-  
uium supernorum.

Omnis spiritus: laudet  
Dominam nostram. Gloria  
Patiis, &c.

can-

# CANTICA AD B. VIRGINEM.

*Canticum in illius*

*Illoq. Isayte 12.*

**C**onfitebor tibi Domina: quoniam per te placatus es mihi Dominus, & consolata es me.

**E**cce Domina salutrix mea: fiducialiter agam in te, & non timebo.

**Q**uia fortitudo mea, & laus mea in Domino es tu: & facta es mihi in salutem.

Hauriam ā quās in gaudio  
de riūlq: & semper in do-  
cabo nomen tuum.

Notas facite in populis  
virtutes Dominæ nostræ:  
quia excelsum est valde no-  
men eius.

Exulta & lauda totū ge-  
nus humanum : quia talem  
dedit tibi mediatrixē Do-  
minus Deus tuus. Gloria  
Patri, &c.

O gloriæ  
Dei nostri Iesu Christi  
in gloriæ misericordia &  
gloriæ misericordia &

Canticum instant illius

Ezechiae. Isaiæ 38.

F Go dixi circa dimidiu  
dierū meorum: uadām  
ad Mariam, ut me Christo  
reconciliēt.

Quæsiui residuum anno  
rum meorum: in iamassitu-  
dine animæ meæ. n̄ obus 33  
tiq Generatio mea ablata  
est, quia pater, & omnia  
dereliquerunt me: Maria  
autem assumpsit me.

Sperabam in illa mane,

sero

fero, & meridie : quasi leo  
sic cōtriuit omnia ossa pec-  
catorum meorum.

Et tu Domina eruisti a-  
nimam meam , ut non pe-  
riret : de manu canis vnicā  
meam.

Domina saluum me fac :  
& laudem tuā cantabo . cū-  
tis diebus vitæ meæ , opia  
mateō Domini mei . Gloria  
Patri , & cum dñe misericordia

et misericordia tua  
et misericordia tua  
et misericordia tua

Canticum instar illius

Anna, I. Reg. 2,

**E**xultauit cor meum in  
Domino: & exaltatum  
est cornu meum in Domi-  
na mea.

**Q**uiā fecit mihi magna  
qui potens est: per Mariam  
matrem eius.

**N**on est sancta ut est Do-  
mina nostra: quae sola su-  
pergressa est universas.

**R**ecedant ergo vetera-  
de ore nostro: & linguis  
loquatur

Exulta, & lauda Mariam  
Sion, & Hierusalē quia ma-  
xima in dominabus Israel.

Ipsa pauperem facit &  
ditat, humiliat, & sublimat.

Altior cœlo terra latior:  
est hæc Domina nostra.

Gloria Patri, &c.

Canticum instar illius

Mysi, Exod. 15.

**C**antemus Dominæ glo-  
riosæ Virginis Mariæ:  
in hymnis & confessioni-  
bus

bus benedicamus eam.

Domina nostra omni-potens post Deum nomen eius: currus Pharaonis, & exercitum eius proiecit in mare.

Dextera tua Dña magnificata est in fortitudine: quia in multitudine misericordiae tuæ strauisti aduersarios meos.

De ore leonis liberasti me Domina: & tanquam infantem genitū mater sus-

cepisti me.

O Domina charissima  
mea: velut gallina tege me  
mirabili possessione tua.

Tuus totus ego sum : &  
omnia mea tua sunt Virgo  
super omnia benedicta.

Ponam te sicut signacu-  
lum super cor meum: quia  
fortis est ut mors dilectio  
tua. Gloria Patri, &c.

*Canticum instar illius*

*Habacu 3.*

**D**omina audiui auditio  
nem tuam, & obstu-  
pui: confideravi opera tua,  
& expaui.

Domina opus tuum: cir-  
ca medium annorum viui-  
ficasti illud.

Confitebor tibi Domi-  
na: quia abscondisti hæc à  
sapiētibus, & reuelasti ea  
paruulis.

Operuit cœlos gloria tua:

& misericordia tua plena  
est terra.

Egressa es Virgo in salu-  
tem populi tui: in salutem  
cum Christo tuo.

O benedicta, in mani-  
bus tuis est reposita nostra  
salus: recordare pia pau-  
pertatis nostræ.

Quem vis, ipse saluus erit:  
& à quo auertis vultū tuū,  
vadit in interitum. Gloria  
Patri, &c.

Canticum instar illius

Moysi. Deut. 32.

**A**Vdite cœli quæ lo-  
quar de Maria: audiat  
terra verba oris mei.

Magnificate ipsam me-  
cum semper : & exaltemus  
nomē eius in sçculū sæculi.

Generatio praua, atque  
peruersa: agnosce Domi-  
nam nostram saluatricem  
tuam.

Numquid nō ipsa est ma-  
ter tua, quæ possedit te : &

in fide generavit te?

Si hanc dimittis, non es  
amicus summi Cæsaris: quo-  
diam ipse sine ea non salua-  
bit te.

Vtinam saperes, & in-  
telligeres: ac nouissima pro-  
uideres.

Quemadmodum infans  
sine nutrice non potest vi-  
uere: ita nec sine Domina  
nostra potes habere salutem:

Sitiat ergo anima tua ad  
ipsum, tene eam, nec dimit-

te: donec benedixerit tibi.

Repleatur os tuum laude sua: decanta tota die magnificientiam eius. Gloria Patri, &c.

*Caniculum instar illius trium-  
puerorum, Dan. 3.*

Benedicite omnia opera Dñæ gloriosæ: laudate, & superexaltate eam in secula.

Benedicite Angeli Dominiæ nostræ: benedicite cœli Dominiæ nostræ.

Benedicat omnis crea-  
tura Dominā nostrā: quam  
**Rex** sic voluit benedici.

Benedicta sis ô summi  
Regis filia : quæ odore pre-  
cis cuncta lilia.

Benedicta sis corona Do-  
minarum omnium : bene-  
dicta sis gloria Hierusalem.

Odor tuus sicut agri ple-  
ni, cui benedixit Dominus:  
qui in benedicentes te re-  
dundat, irrigans omnia in-  
tima eorum.

Qui

Qui benedixerit tibi ò  
Virgo beata: sit ille iugiter  
benedictus.

Qui maledixerit tibi ro-  
sa candidissima: sit ille ma-  
ledictus.

Non recedat de domo  
seruorum tuorum: vini &  
olei abundantia.

Id nomine tuo omne  
genu fleatur: cœlestium,  
terrestrium, & infernorum.

Benedicamus Deū qui te  
creauit: benedictus uterq;

P s parens.

234 PSALTERIVM  
pariens, qui te generauit.

Benedicta sis Domina in  
cœlo, & in terra: laudabi-  
lis, & gloriofa, & superexal-  
tata in sœcula. Gloria &c.

*Canticum instar illius* Bib.  
*omnib. Zachariæ. Luc. 1.*

**B**enedicta sis Domina,  
& mater Dei mei Israel  
qui per te visitauit, & fecit  
redemptionem plebis suæ.

Et erexit unicornu salu-  
taris castitatis tuæ: in do-  
mo Dauid pueri sui.

Sicut

Sicut locutus est per os  
Isaiae: & aliorum sanctorum  
Prophetarum eius.

Salutem ex inimicis pre-  
stas virginum Virgo de ma-  
nu omnium qui nos oderunt  
pacem nobis tribue.

Et fac misericordiam pro-  
parentibus, & nobis: ut me-  
mor sis testamenti omni-  
potentis Dei.

Quod iurauit ad patres  
nostros: Abraham, & semi-  
ni eius in saecula.

Sic

Sic sine timore de manu  
inimicorum nostrorum li-  
berati: quiete seruiemus illi.

In sanctitate, & iustitia  
coram te omnibus diebus  
nostris.

Et tu Maria propheta  
Dei vocaberis: quoniam no-  
uisti, quod respexit humili-  
tatem ancillæ suæ.

Per quam dedit scientiam  
salutis plebi eius: in remis-  
sionem peccatorum.

Per viscera multitudinis

miser-

misericordiæ tuæ : visita  
nos stella matutina oriens  
ex alto.

Illumina tenebras seden-  
tium in umbra mortis : &  
eas luce dilectissimi filij tui  
digneris instillare.

Miserere misericordiæ  
mater nobis miseris pecca-  
toribus, qui retroacta pec-  
cata poenitente negligimus:  
ac multa quotidie poeni-  
tenda cōmittimus. Gloria  
Patri &c.

Symbolum instar illius  
Athanasij.

**Q**vicumque vult saluus  
esse, ante omnia opus  
est: ut teneat de Maria fir-  
mam fidem:

**Quam** nisi quisque inte-  
grā, inuiolatamque serua-  
uerit: absque dubio in eter-  
num peribit.

**Quoniam** ipsa sola Vir-  
go madens peperit: sola  
cūctas hæreses interemit.

**Confundatur, & erubet-**

cat Hebræus : qui dicit Christum ex Joseph semi-ne esse natum.

Confundatur Manichæus : qui dicit Christum fictum habere corpus.

Palleat omnis , qui hoc ipsum aliunde, non de Maria dicit assumpsisse.

Idem namque Filius qui est Patris in diuinis vnigenitus : est & verus vnigenitus Virginis Mariæ Filius.

In cœlis sine matre in  
terris sine patre

Nam

Nam sicut anima rationalis, & caro propter unionem de homine verè nascitur: ita Deus, & homo Christus de Maria Virgine verè generatur.

Induens carnem de carne Virginis: quia sic genus humanum redimi cōgruebat.

Qui secundum diuinitatem æqualis Patri: secundum verò humanitatē minor Patre.

Concordia

Conceptus in vtero Virginis Mariæ Angelo annunciantem de Spiritu Sancto: non tamen Spiritus Sanctus est pater eius.

Genitus in mundum sine poena carnis Virginis matris: quia sine delectatione carnis conceptus.

Quem lactauit mater: ubi de cœlo pleno.

Quem circumstant Angeli obstetricum vice: nuntiantes pastoribus gaudium

Q

ma-

magnum.

Hic à Magis muneribus  
adoratus, ab Herode in Æ-  
gyptum fugatus, à Ioāne in  
Iordanē baptizatus: tradi-  
tus, captus, flagellatus, cru-  
cifixus, mortuus, & sepul-  
tus.

Cum gloria resurrexit:  
ad cœlos ascendit.

Spiritum Sanctū in dis-  
cipulos: & in matrē misit.

Quam demū ipse in cœ-  
lum assumpserit: & sedet ad  
dexter-

dexteram Filij non cessans  
pro nobis Filium exorare.

Hæc est fides de Maria  
Virgine: quā nisi quisq; fi-  
deliter, firmiter que credi-  
derit, saluus esse nō poterit.

C A N T I C U M  
S A N C T O R V M  
Ambrosij, & Augustini trās-  
mutatum in laudem glo-  
riosæ Virginis Mariæ.

T'E Matrem Dei lauda-  
mus: te Mariam Virgi-

Te æterni patris sponsā  
omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli, &  
Archāgeli: tibi omnes Prin-  
cipatus humiliati seruiunt.

Tibi omnes Potestates,  
& supernæ Virtutes: tibi  
omnes cœlorum Domina-  
tiones obediunt.

Tibi omnes Throni, Che-  
rubim, & Seraphim exultā-  
tes assistunt.

Tibi cuncta Angelica

CREDO

creatura delectabili voce  
proclamat.

Sancta, Sancta, Sancta,  
Maria, mater Dei, & Virgo.

Pleni sunt cœli & terra  
maiestatis gloriæ fructus vē  
tris tui.

Te gloriosus Apostolorum  
chorus Creatoris ma-  
trem collaudat.

Te laudabilis numerus  
Prophetarū Virginē Deum  
parit aram prædixerat.

Te Martyrū cœtus be-

torum Christi genitricem  
glorificat.

Te gloriosus exercitus  
Confessorum totius Trini-  
tatis templum appellat.

Te amabilis chorus vir-  
ginum sanctorum tuæ vir-  
ginitatis, & humilitatis exé-  
plum prædicat.

Te tota cœlestis curia  
cœliorū Reginam honorat.

Te per universum mundum  
sancta Ecclesia  
canat, cœlebrat, matilica  
teca;

vinæ maiestatis.

Venerandā te verā Regis cœlestis puerperam : te sanctam quoque , dulcem & piam.

Tu Angelorum Domina, tu paradisi ianua, tu scala Regni cœlestis , tu regis gloriæ thalamus .

Tu arca pietatis & gratiæ; tu vena misericordiæ.

Tu refugium peccatoris : parit mater Saluatoris.

Tu ad liberandum exu-

Iem hominem Dei Filium  
suscepisti in uterum:

Tu cum Filio tuo sedes  
in gloria Patris.

Tu ipsum pro nobis ro-  
ga ô Domina, qui nos ad iu-  
dicandum est venturus.

Te ergo poscimus ser-  
uulis tuis subueni: qui pre-  
ioso sanguine Filii tui re-  
deincepi sumus.

Æterna fac pia Virgo Ma-  
ria, cum seruis tuis gloria  
præmiari.

Salve

Salua nos populum ser-  
uorum tuorum Domina:  
vt simus participes hæresi-  
ditatis tuae.

Et rege nos, & extolle  
usque in æternum.

Per singulos dies, ò Do-  
mina Maria, te salutamus.

Et laudare te cupimus in  
æternum, deuota mente, &  
voce.

Dignare dulcis Maria,  
nunc & semper sine delicto  
nos conseruare.

Miserere nostri pia, Miserere nostri.

Fiat misericordia tua magna nobiscum: quia Maria in te confidimus.

In te dulcis Maria speramus, ut nos defendas in æternum. *Vers.* Ora pro nobis Sancta Dei genitrix.

*Resp.* Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

-- T I O.

**C**oncede quæsumus,  
omnipotens Deus, vt  
*inter-*

intercessio nos sanctæ Dei  
genitricis Mariæ, sanctorū  
que omnium Apostolorū,  
Martyrum, Confessorum,  
atq; Virginum, & omnium  
Electorum tuorum ubique  
lætificet, ut dum eorū me-  
rita recolimus, patrocinia  
sentiamus. Per Dominum  
nostri Iesum Christum  
Filiarū tuum, qui tecū visuit  
& regnat in unitate S. trinitatis.  
Sancti Deus, per ora.  
cula saeculorum, ora.  
Mater

LITANIÆ D  
D. VIRGINI IN ÆDE  
LORETANA dici solita.

**K**Yrie cleysen.

**C**hriste cleysen.

kyrie cleylon.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de Cælis Deus, misere nobis.

Fili Redēptor mundi Deus

Concede nobis.

Conservate Deus, misere

Sag.

**ancta Trinitas unus Deus,**  
**misere nobis.**

**ancta M A R I A.** ora-  
**pro nobis.**

**ancta Dei genitrix.** ora.

**ancta Virgo virginū.** ora.

**Mater Christi** ora.

**Mater diuinæ gratiæ.** ora.

**Mater purissima,** ora.

**Mater castissima,** ora.

**Mater inuiolata,** ora.

**Mater intemerata,** ora.

**Mater amabilis,** ora.

**Mater Creatori** ora.

**Mater**

- Mater Saluatoris, ora.  
Virgo prudentissima, ora.  
Virgo veneranda, ora.  
Virgo prædicanda, ora.  
Virgo potens, ora.  
Virgo clemens, ora.  
Virgo fidelis, ora.  
Speculum iustitiae, ora.  
Sedes sapientiae, ora.  
Causa nostræ lætitiae, ora.  
Vas spirituale, ora.  
Vas honorabile, ora.  
Vas insigne deuotionis, ora.  
Rosa mystica, ora.

Tarris

Turris Davidica.	ora.
Turris eburnea.	ora.
Domus aurea, æderis Arca:	ora.
adua cœli.	ora.
stella matutina.	ora.
salus infirmorum.	ora.
Refugium peccatorū	ora.
Consolatrix affictorū	ora.
Auxiliū Christianorū	ora.
Regina Angelorum.	ora.
Regina Patriarcharū	ora.
Regina Prophetarū	ora.
Regina Apostolorū	ora.
	Regina

Regina Martyrum. ora.

Regina Confessorum. ora.

Regina Virginum. ora.

Regina Sanctorum omnium. or.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

*Vers.* Ora pro nobis sancta  
Dei genitrix.

*Resp.* Ut digni efficiamur  
promissionibus Christi.

ORE.

# OREMVS.

**G**ratiam tuam, quæsumus  
 Domine, mentibus nostris  
 infunde, ut qui Angelo nunciâce  
 Christi Filij tui Incarnationem  
 cognouimus, per passionem eius,  
 Et crucem ad resurrectionis glo-  
 riâ perducamur. Per eumdem  
 Christum Dñū nostrum Amen.

---

**LEMBREMONOS DAS**  
**Almas do fogo do Pur-**  
**gatorio.**





LE  
ALMAS do logo do Pm



OFFICIVM  
PARVVM  
IN HONOREM  
S. IOSEPH.  
AD MATVTINVM.

*Iesus, Maria, Joseph.*

Domine labia mea aperies.

Et os meum annunciat laudem tuam.

Deus in adiutoriū meū intende.

Dñe [ad adiutoriū] me

festina.

Gloria Patri, & Filio, &  
Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio  
& nunc, & semper: & in se-  
cula seculorum, Amen.

Alleluia.

A Septuagesima usque ad  
Pascha loco Alleluia, dicitur.

Laus tibi Domine Rex  
æternæ gloriæ.

Hymnus.

Ioseph Dauid filius, clara  
Instigatus.

Iesu Christi Domini Pa-  
ter nuncupatus.

Matris Dei sponsus cœ-  
litus vocatus.

Vtriusque custos, cœlo  
destinatus.

*Antiphona.*

Salve Patriarcharū de-  
cens, & Ecclesiæ sanctæ Dei  
œconomus, cui panem vi-  
tæ, & frumentum electorū  
conseruaſti.

Ora pro nobis S. Joseph.  
Ut digni efficiamur pre-

## Oratio.

**S**Antissimæ Genitricis tuæ  
Sponsi quæsumus Domine me  
vitis adiuuemur, ut quod possi  
bilitera nostra non obtinet, eius  
nobis intercessione donetur. Qui  
natus, & regnas cum Deo Pa  
tre in unitate Spiritus Sancti, Deus  
per omnia secula seculorum. Amē.

## AD PRIMAM.

Iesus, Maria, Joseph.

**D**EVS in adiutoriū meū  
intende.

Domine ad adiuuandum  
me festina; Gloria Patri,  
&c.

*Hymnus.*

**T**u qui sponsam graui-  
dā dolens cùm videres.  
Cogitabas anxius, an eam  
retineres.

Sed cœlestis nuntius, ne  
amplius timeres,  
In somnis admonuit, sed  
potius gauderes.

*Antiphona.*

**S**alue Patriarcharum de-  
cūs, & Ecclesiæ Sāctæ Dei  
economus, cui panem vi-  
tæ, & frumentum elec-  
tum conseruasti.

**O**ra pro nobis Sancte Io-  
seph.

**V**t digni efficiamur pro-  
missionibus Christi.

**O**ratio.

**S**Antissimæ Genitricis tuae  
sponsi quæsumus Domine me  
ritis admittentur, ut quod possi-  
bilis

bilitas nostra nō obtinet, eius nobis intercessione donetur, Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia secula seculorum. Amē.

### AD TERTIAM.

Iesus, Maria, Joseph.

**D**EVS in adiutorium meum intende.

Domine ad adiuvandum me festina. Gloria Patri &c.

*Hymnus.*

**B**EETHLEHĒ profectus censum soluturus,

Cum prægnante Virgi-  
ne, vbi nasciturus.

Erat mundi Dominus,  
quiq; mox facturus,  
Vt ipsum iofantulum es-  
ses amplexurus.

*Antiphona.*

Salve Patriarcharum de-  
cus, & Ecclesiæ sanctæ Dei  
œconomus, cui panem vi-  
tæ, & frumentum electorū  
conseruaſti.

Ora pro nobis S. Ioseph.

Vt digni efficiamur pro-

mis-

missionibus Chtisti.

Oratio.

**S**anctissime Genitricis tuae  
sponsi quæsumus Dominem meum  
in adiuuemur, ut quod possi-  
bilitas nostra nō obiunet, eius nobis  
intercessione donetur. Qui viuis  
et regnas cum Deo Patre in uni-  
tate Spiritus Sancti Deus, per  
omnia secula seculorum, Amen.

A D S E X T A M.

Iesus, Maria, Joseph.

**D**eus in adiutoriū meū  
intende.

Domine

Domine ad adiuuandū  
me festina. Gloria Patri, &c.

*Hymnus.*

C<sup>V</sup>M. Herodes impius  
in pueros s̄euiret.

Gabrielis monitu, ne am-  
plius dormiret.

Retulisti sponsæ, sed te-  
cū veniret.

Et accepto parvulo in  
AEgyptum iret.

*Antiphona.*

Salve Patriarcharū de-  
cessor, & Ecclesiæ sanctæ Dei

œconomus, cui panem vi-  
tæ, & frumentum electorū  
conseruasti.

Ora pro nobis S. Joseph.

Vt digni efficiamur pro-  
missionibus Christi.

Oratio.

S Anctissimæ Genitricis et  
Sponsi quæsumus Domine me  
ritis adiuntemur, ut quod possi-  
bilias nostra non obelineat, eius  
nobis intercessione donetur. Qui  
vitis Et regnas cum Deo Pare  
in unitate Spiritus Si Deus

270 OFFICIVM  
per omnia secula seculorū Amē.  
AD NONAM.

*Iesus, Maria, Joseph.*

**D**eus in adiutoriū meū  
intende.

Domine ad adiuuandum  
me festina. Gloria Patri, &  
Filio, & Spiritui Sancto.  
Sicut erat in principio, &  
nunc, & semper, & in se-  
cula seculorum Amen.

*Hymnus.*

**H**ostibns defunctis inde  
cessisti.

Es

Et in Galileā tecū reduxisti  
Puerum & sponsam, si-  
cut didicisti.

Cœlitus, & Nazareth hu-  
milis vixisti.

*Antiphona.*

Salve Patriarcharū de-  
cūs, & Ecclesię sanctæ Dei  
æconomus, cui panem vitæ  
& frumentum electorum  
conseruasti.

Ora pro nobis S. Joseph.  
Ut digni efficiamur pro-  
missionibus Christi.

## Oratio.

S<sup>anctissime</sup> Cenitricis tuae  
sponsi quæsumus Domine meo  
victis adiuvemur, ut quod possi-  
bilitas nostra non obtinet, eius  
nobis intercessione donecatur. Qui  
vivis, & regnas cum Deo Patre  
in unitate Spiritus Sancti Deus,  
per omnia secula seculorum, Amé.

## AD VESPERAS.

Iesus, Maria, Joseph.

D<sup>e</sup>us in adiutorium meum  
ende.

Domine ad adiuuandum me  
festina. Gloria Patri & Fi-  
lio, & Spiritui Sancto. Sicut  
erat in principio, & nunc,  
& semper, & in secula se-  
culorum. Amen.

*Hymnus.*

O Qui Iesū factū duo-  
decim annorum.

Perdidisti tuum lumen  
oculorum.

Sed inuētū postea in me-  
dio Doctorum.

Custodisti sedulu. Regē

## Angelorum.

*Antiphona.*

Salve Patriarcharū de-  
cūs, & Ecclesiæ sanctæ Dei  
œconomus, cui panem vi-  
tæ & frumentum electorū  
conseruasti.

Ora pro nobis S. Ioseph.

Vt digni efficiamur pro-  
missionibus Christi.

*Oremus.*

**S**Antissimæ Genitricis tuæ  
sponsauesumus Dominemem-  
bemur, vt quod possi-  
bilitas

bilitas nostra nō obtinet, eius nobis in tercessione donetur. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia secula seculorum. Amē.

## AD COMPLETORIVM

*Iesus, Maria, Joseph.*

Conuerte nos Deus salvatoris noster.

Et aduerte irā tuā à nobis.

Deus in adiutoriū meū intende.

Domine ad adiuuā dum

275 OFFICIVM  
festina. Gloria Patri & Filio,  
& Spiritui Sancto. Sicut e-  
rat in principio, & nunc,  
& semper, & in secula secu-  
lorum, Amen.

*Hymnus.*

F Oelix quem in vlnis Ie-  
sus cum Maria.

Tenuit cubantem, dū in  
agonia.

Spiritum efflares, vt di-  
recta via.

Tenderes ad Patres fun-  
eraria pia.

*Ante-*

*Antiphona.*

Salve Patriarcharū de-  
cūs, & Ecclesiæ sancta Dei  
œconomus, cui panem vi-  
tę, & frumentum electorū  
conseruaſti-

Ora pro nobis S. Joseph.

Vt digni efficiamur pro  
missionibus Christi.

*Oratio.*

SAnctissime Genitricis tuae  
ſpōli quæſumus Dñe meritis  
adiuuemur, vt quod poſſibilitas  
noſtra non obtinet, eius ...

tercessione donetur. Qui viuis &  
regnas cum Deo Patre in unita-  
te Spiritus Sancti Deus per om-  
nia secula seculorum, Amen.

*Commendatio.*

**H**AS horas Canonicas  
cum attentione.

Dixi, S. Ioseph, tui ra-  
tione.

Vt sis memor mei in o-  
ratione.

Et viuamus simul in cœ-  
li regio ne. Amen.

Iesus

Iesus, Maria, Joseph.

**D**ios te salve Joseph santo, lleno de gracia, y del Espiritu Santo, el Señor es contigo, bendito eres entre todos los hombres benditos, porque Iesus bendito, que es el fruto de tu santissima Esposa, tambien fue tenido por hijo tuyo: ruega por nosotros virgen Padre de Christo, y Esposo de la Virgen, para que el que en este mundo quiso ser ... *sub*

dito, por tus merecimien-  
tos a todos nos sea propi-  
cio, aora y en la hora de  
nuestra muerte. Amen.

*Iesus, Maria, Joseph.*



**LEMBRE MONOS**  
**das Almas do fogo do**  
**Purgatorio.**

**FINIS LAVS DEO:**

卷之三

十一

Vol - 30 -



